

20  
100





UVA BHSC

138

~~92~~

307

68.

Handwritten flourish or symbol, possibly a stylized letter or decorative mark.

803

Small handwritten mark or symbol.

UVA.BHSC

UVA BHSC



DE GILGONIA

REGIA REGIA REGIA

CONSTITUTIO REGIA

REGIA REGIA



DECISIONES  
 SACRÆ ROTÆ ROMANÆ  
 CORAM ILL<sup>MO</sup> ET REV<sup>MO</sup> DÑO  
 MICHAELE DEL OLMO  
 SEGVNTINO

*Olim in Romana Curia pro Regno Castellæ eiusdem Sacræ  
 Rotæ Auditore, nunc autem Magno rotius Medio-  
 lanensis Status Cancellario, & in Consilia-  
 rium Supremi Castellæ Senatus à  
 Regia Catholica Maiestate  
 designato.*

*In duas partes distinctæ cum suis argumentis, & Summarijs. ~*

Tomus Secundus



ROMÆ MDCCII.



DIEGILS IONES

SACRA ROTAROMANA

CORAMIT ET REV<sup>no</sup> DNO

OMNIBUS

REGRINO

Quin in Romanis Curia p[ro]p[ri]a C[on]silio d[omi]ni

et in A[nt]iquo n[ost]ro in M[ag]is p[ro]p[ri]o M[ag]is

longis p[ro]p[ri]o C[on]silio d[omi]ni C[on]silio

et in p[ro]p[ri]o C[on]silio d[omi]ni C[on]silio

et in p[ro]p[ri]o C[on]silio d[omi]ni C[on]silio

et in p[ro]p[ri]o C[on]silio d[omi]ni C[on]silio

et in p[ro]p[ri]o C[on]silio d[omi]ni C[on]silio

et in p[ro]p[ri]o C[on]silio d[omi]ni C[on]silio

et in p[ro]p[ri]o C[on]silio d[omi]ni C[on]silio

et in p[ro]p[ri]o C[on]silio d[omi]ni C[on]silio

# DECISIONES

ILL<sup>MI</sup> ET REV<sup>MI</sup> D<sup>NI</sup>

## DEL OLMO

### SACRÆ ROTÆ AUDITORIS

### TOMVS SECVNDVS

*Romana Divisionis*

*Luz, 11. Januarij, 1700.*

#### *Argumentum*

*Fratres, quamvis inter se distributis bonorum fructibus convenerint in communionem ipsis viventibus persistere, adhuc tamen impediri non debet Divisio universalis, et per effectus, si ex communiione pertinere possint discordia, vel alia Fratres ipsi nova Divisioni consenserint.*

#### *Summarium*

- 1. Nemo cogi debet in communionem permanere.*
- 2. Communis atrocioresque consensiones inter Fratres.*
- 3. Et ideo facilius inter ipsos permittenda est Divisio.*
- 4. Divisio provisionalit non impedit, quod ad novam, et realem deveniri possit.*

5. Aequalitas in Divisionibus semper seruanda est.
6. 7. 8. In pactum, quod diuisio durante vita cuiuslibet ex Diuidentibus retractari non possit, sustineatur, vel in totum vel in parte.
9. Valet altera ex Partibus ab eo resilire, quando non per-  
tineri possunt Discordia;
10. Amplius etiam si fuerit iuramento munitum.
11. Quod etiam conceditur possunt Partes ab eo recedere  
alia non existente causa.
12. Diuisio quoad bona Libera fieri valet per ipsos effectus,  
et quoad fideicommissaria per fructus tantum.

## Decisio CLXXVIII.

Exortis diuersis contentionibus, et dissidijs inter  
Arcangelum, et Equites Prosperum, atque Octauium Fratres  
de Mandosijs occasione administrationij bonorum in com-  
muni possessorum, futius ducis idem Arcangelus ad eas  
imposserum dirimendas exeros Fratres ad realem omnium  
bonorum diuisionem prouocare; Quamobrem ijs in iudicium  
citatis coram G. D. Aldouando Iudice ab H. Deputato,  
post varias Peritorum relationes in actis superuentas, idem  
Iudex decretum protulit, in quo mandauit diuisionem fieri  
quoad bona Libera per ipsos effectus, et quoad fideicommissaria  
per fructus tantum ad formam trium foliorum precedentem  
ab Arcangelo in actis dimissorum, concessa tamen alijs duobus  
Fratibus facultate eligendi portionem quae magis beneuolam,  
atque exceptis nonnullis bonis in alio Separato folio descriptis, quod  
cum annos fuerit in <sup>ris</sup> 800. deponi uoluit in Sacro Monasterio  
Pietatis ad effectum inuestiendi pro fundo, et capitali annui  
Legati 3. 144. relicti Societati S. R. XII. Apostolorum de Urbe  
ab Quintia Talana, et Arcangelo Seniore de Mandosijs, donec  
capitale ascenderit ad annuos redditus dictorum centorum 144.,  
reseruato jure repetendi omnes expensas in melioramentis eius.  
inde

inde factas Summaris Arcangeli No. 70. Ad hoc tamen decreto Eques Prosper, et Octavius ad Bonam provocantes dubium subscribi curarunt = An, et quomodo faciendae sit divisio et de quibus bonis, quam Eodem Domini faciendam esse ad formam dicti Decreti B. P. D. Aldrouandi, a reservatis juribus pro melioramento eius vinculis, responderunt.

Resolutionis ratio quoad divisionem in genere ex eo de:

1. Sumptus fuit, quod nemo inuisus cogi debet in communionem permanere ad Text. in L. fin. C. Commun. Divid. Bonaguerr. ad Statut. Lugub. Lib. 2. rubr. 67. n. 2. Torr. de pact. fut. success. Lib. 3. cap. 10. n. 4. Bonae in Bononien. Divisionis n. 13. Martij, prox. S. Neque ad suadendam coram B. P. D. meo Scotto; quinimmo cum communio, quae etiam inter Fratres inimicitias et contentiones quamplurimum parit, eas atrociores inter Fratres causare soleat, per ea, quae tradit Michalor. de Fratr. par. 3. cap. 1. n. 18. et 20. Et
2. facilius in presenti Divisio permittenda est, ut alia dicit Bonae in Bononien. Renunciationis usus fructus, seu Primogenitura de Corpis p. July 1693. S. assumpta coram bon. meo Benincasa.

Quia ea impediri valeat ab antiqua divisione, quae usque de anno 1668. inter eosdem Fratres intercessit; quia cum illa non fuerit formalis Divisio, sed quaedam Simplex conventio per modum potius provisionis super redditibus inita de recipiendis scilicet à Magistro Domus illorum ratam cuiuslibet

4. ex Fratibus tangentem, nequit ex inde operari, quod nova, et realis omnium Bonorum Divisio faciendae non sit ex firmatis per Bonae in Bononien. Divisionis 10. May 1697. S. Quo enim coram B. P. D. meo Muto, et B. Martij proxime praeteriti S. Neque ad suadendam coram B. P. D. meo Scotto, Et qui: eodem indistincto etiam quoad vineas, quamvis inter effectus eodem tempore divisae fuerint; cum enim nonnullae ex illis, quae fideicommissis obnoxiae sunt, assignatae fuerint Arcangelo, aliae vero, quae sunt Liberae, ad alios duos Fratres pertran-

5. Siverint nova utique effectuum repartitione res ad equalitatem in divisionibus semper servandam reducenda est B. D. Paulus Episcopus Verulanus ad Scas. Favent. rubr. 26. Lib. 7. n. 26. Botaport. Corr. de pact. fut. Success. decis. 171. n. 18. et in d. Bononien. Divisioni 10. Maij 1697. S. Absque eo, quod coram B. D. Muto.

6. Nec relevat pactum in eadem Conventione adiectum, quod nempe eadem Divisio durante vita cuiuslibet ex Dividentibus retractari non posset; Quod quidem sit an dictum pactum ad vitam pacificandam inisum tanquam perpetuum, sed temporale sustineri valeat, cuius affirmativam licet evocentur Gratian. Discept. 905. n. 5. et seqq. Resaur. decis. 242. n. 5. negativam tamen Latè defendit Michalon de Patr. 2. cap. 37. n. 11. et cap. 43. n. 7. et seq. et quidquid porsus sit an illud quando non respiciat unicum patrimonium contradentium servandum saltem sit quoad particularia bonorum corpora, quae comprehendit, ut tenent Seraphin. de privil. juram. privileg. 58. n. 19. versic. vel potest dici Gratian. d. discept. 905. n. 20.

7. Domini praesens ab his questionibus ex duplici capite censuerunt dictum pactum in Hypothesi non observare. Primo videlicet quia post dictam antiquam repartitionem non Leues inter Fratres ortae fuerunt discordiae tam civiles, quam criminales, majoresque etiam in dies ex calore signanter propeis judicij pervenerunt; Unde hac causa adeo rationabili supervenit dubium non est quin Pactes valeant ab eodem pacto resilire juxta d. Henricam Bartol. in l. si conueneris 14. n. 2. ff. pro Soc. Quin. cony. 23. sub n. 22. versic. Nec obstat alia ratio Lib. 5. Pat. d. discept. 905. n. 12. et seq. Gattieroz de juram. part. 1. cap. 58. n. 11. in fin. Ad d. Seraph. de privil. juram. privil. 58. n. 6. Michalon. de Patr. part. 2. d. cap. 43. n. 25. Bota in rec. decis. 241. n. 33. part. 5. et post Corr. de pact. futar. Success. decis. 170. n. 3. quamvis etiam Contradentes dictum pactum juramento confirmaverint, quia cum illud censeatur appositum utilitatis gratia, ea proinde ob riparum Supervenientia

tiam cessante, juramentum non obligat, ut tradit Michaelon.  
de Frat. d. cap. 43. n. 30.

Secundo vero quia prefati Octavius, et Prosper petita  
diuisioni consensum praestiterunt, nam in Liris in electione  
citati ad eligendum Peritum absque ulla reclamacione pro eorum  
parte elegerunt Philippum Peritum, qui ad effectum procedendi  
ad realem omnium bonorum diuisionem eius relationem in actis de-  
dit Summ. d. Fratrum n. 3. quod stance censeatur dictos Fra-  
11. tres ab eodem pacto recessisse, quod fieri posse probant Frenzon.  
ad Stat. Urb. Lib. 1. cap. 59. n. 6. Michaelon. de Frat. d.  
cap. 43. n. 31. Cos. in Bononiens. renunciacionis usus fru-  
ctus, seu Primogeniturae de Corpis prima July 1693 S. Prabus  
taria, et 10. Martij, 1694. S. Nec magis coram bon. me. Be-  
uincasa; absque eo, quod dicta de Lantana Periti electio  
sublata dicatur ex protestatione per eosdem Fratres emissa,  
et ex recurso ad plenam Signaturam successiue habito, quoniam  
uterque ex dictis actibus promouebatur aduersus electionem Se-  
bastiani Cipriani, qui fuerat a R. P. Aldouando in ter-  
tium Peritum deputatus Summ. Responsionis Fratrum n. 2.  
et replicationis Arcangelij pariter n. 2., non autem per  
ipsum dirigebatur ad impugnandam Peritorum electionem,  
quam voluntarie per biennium antea iam expleuerant.

Quo uero ad modum, cum quo prefata diuisioni faciendae sit,  
Domini relativi se habentes ad Decretum R. P. Aldou-  
vandi autumauerunt, quod ea quaedam bona Libera fieri de-  
12. beat per ipsos effectus, et quaedam fideicommissaria per fructus  
sanctam, prout alias tunc modum seruandum esse dixit  
Cota in Romana restitutionis in integrum 3. Maij 1692 S.  
Iniustitia autem, et 12. Xbris eiusdem anni S. Quamobrem  
coram Rmo D. Aernault Archieps Turonen., quodque per  
partitionem faciendam sint ad normam trium foliorum, quae per  
Arcangelum fuerunt in actis exhibita, tributa tamen alijs  
duobus Fratibus facultate eligendi alteram ex tribus portio-  
nibus consentis in dictis folijs ipsis magis beneficam, cum ita  
eorumdem Fratrum indemnitati satis ex eo consultum sit,

Quod si Archangelus & quales portiones fecit nil sane supererit  
 Sed quod imposterum conparaturum fiat, si vero easdem partes in  
 qualiter dividit, et tunc ipsi poterunt maiorem, et pinguiorem  
 ex illis eligere.

Et ita utraque

## Cautiones Aggregationis

Ven. 18. Januarij 1700.

### Argumentum

Licet in Electione Confraternitatis conventum fuerit, quod  
 conventum fuerit, quod functiones per Parochum expleantur,  
 attamen si postmodum ea fuerit aggregata Archidiaconi  
 sacri Oratoris, et Montis Urbis, habet facultatem sibi  
 eligendi pro dictis functionibus Cappellanum, qui in  
 associandis cadaveribus incidere potest cum cotta, et Stola  
 etiam eodem Paroco praesente.

### Summarium

1. Communicatio privilegiorum operatur ac si illa ab initio  
 fuissent concessa.
2. Conventio semper intelligenda est rebus in eodem statu  
 permanentibus.
3. Privilegium superveniens liberat ab omni vinculo, et  
 obligatione antea praesistente.
4. Stola in verum signum sacerdotalis dignitatis deferretur.
5. Sacerdotes antiquitus etiam in publico tenebantur cussola incedere.
6. Sacerdos non incideret solemniiter si Stola deferretur.
7. Privilegium concessum in remunerationem alicuius piope-  
 ritis est potius ampliandum quam restringendum.
8. Actus propius Constitutioni non modicum in servitio pro illius  
 interpretatione.

g. Ob:



9. Observantia est melior interpretis pro declarandis apostolicis  
Constitutionibus.

10. Privilegium interpretationem accipit à iudicatis, quae sub  
illo emanant.

11. Stola est signum deo tam jurisdictionem.

12. Contrarium.

13. Privilegium derogat juri communi in contrarium.

14. Cappellani post Confraternitates incedentes ex antiqua  
consuetudine cotam et Stolam deferunt.

15. Juri tertij non censetur Pontificem voluisse in privile-  
gio tunc derogare.

16. Limita 1<sup>o</sup>. Si aliud privilegium remanere superfluum.

17. Limita 2<sup>o</sup>. Si privilegium de sua natura est alteri prejudiciale.

## Decisio CLXXIX.

Cum R. P. meus Pius cui causa in precedenti  
instantia ob appellationem à Sententia A. C. Origi ab utraque  
ex partibus interpositam devoluta erat, prioribus tribus Decisioni-  
bus 27. Junij 1698., 9. Januarij, et 15. Junij Superioris anni  
coram ipso editis definitivè pronunciauerit Confraternitatem  
Mortis Finarij valide, ac legitimè fuisset aggregatam ad Archi-  
confraternitatem Gratianij, et Mortis Vitis, eique propterea  
communicatas fuisse omnes indulgentias, privilegia facultates,  
et gratias tam spirituales, quam temporales, quibus dicta Archi-  
confraternitas possidet, nec non licere eidem Confraternitati  
eligere Cappellanum sibi beneficium, et ad nutum amovibilem,  
illumque in associandis Cadaveribus deferre cum cotam, et Stola  
Laetiam praesente Parocho, seu Archipresbytero, et pro ut Latias  
ex sententia eiusdem met Sententiae Summarie Confraternitatis  
A. C. inde ad novam provocacionem Archipresbyteri, et Capi-  
tuli Collegiate Decesij eiusdem Loci communi in medio locis:  
oris appellationis causa, quae iam hodie à Dominis an Senten-  
tia roalis sit confirmanda, vel infirmanda, et pro illius  
confirmacione responsum petuli.

Iustitia enim prefate Sententia Luculense emicat ex  
 dictis tribus Decisionibus in causa editis, absque eo quod illa  
 obumbrari valeat in ea parte, qua tribuitur Confraternitati  
 facultas eligendi Cappellanum, cumque in Funeribus cum Sto:  
 La deferendi etiam presentis eodemmet Archiepiscopo, ad quam  
 ius Defensores de cetero acquiescentes locali iudicio in presenti  
 Disputatione sese unice restringebant; Quoniam quoad ele:  
 ctionem Cappellani, cum san. me. Pias IV. in eius Constitutio:  
 ne in ordine La 2 p. Eiusmodi facultatem fuerit in partem  
 eius Archiepiscopatus Nationis, et Mortis Urbis, conse:  
 quens est, quod quemadmodum in successione in aggregatione  
 Confraternitatis Finarij eidem communicavit omnia, et  
 singula Privilegia sibi competentia, ita eadem facultas  
 etiam memorata Confraternitati competere debet ex vi prae:  
 1. communicationis privilegiorum, quae operatur, ac si ea ab initio  
 fuissent eidem Confraternitati concessa ad tradita per Ordin.  
 cons. 300. sub n. 5. vers. et persertim Bot. coram Crescent. decis.  
 9. n. 5. vers. secundo quid de privil., et in per. decis. 338. n. 4.  
 par. 10. decis. 348. n. 20. par. 11; et coram Card. Cels. decis.  
 70. n. 11.

Haud relevante, quod in illius erectione praesertim con:  
 ventum fuerit, quod in processibus, et funeribus associari  
 deberet per ipsum Archiepiscopum, omnesque functiones cele:  
 brandae essent in ipsa Ecclesia Collegiata, ubi fuerat erecta. Ut  
 tamen quod enim ex his non inde sequitur, quod Confraternitas  
 nequiverit dictum Cappellanum ad partem amovibilem elige:  
 re, ad huc tamen obiectum duplici responsione remouebatur,  
 altera nempe quia cum societas passim fuerit ad instantiam  
 eiusdem Archiepiscopi, vicariorum Massariorum, et Agensium  
 dictae Ecclesiae Collegiatae Finarij Sensentiam H. Super eius  
 expulsiōne ab eadem Ecclesia Summarie responsionis Confrater:  
 nitatis n. unico, et facultatem ad aliam Ecclesiam se transfer:  
 endi, proutque Oratorium construendi per consimilem Sensen:  
 tiam H. obtinuerit confirmatam in 2. Decisione Lucij Carz,  
 coram B. D. meo Pio S. finali, statu rerum taliter variato

non

non tenetur amplius ad observantiam dictarum Conventio-  
 2. num, cum de Semper intelligantur rebus in eodem statu perman-  
 entibus ad Sept. in l. quod Servius ff. de condit. ob caus. Me.  
 nodi cons. 156. n. 5. Signatell. consult. 46. n. 29. tom. 5. Cassill.  
 decis. 99. n. 22. Cotta coram Duran. decem. 322. n. 4. Altera  
 vero quia per aggregationem successive obtentam eidem Societas  
 facti supervenit privilegium eundem Cappellanum eligendi, il-  
 lumque in funeribus deferendi cum cotua, et stola, quo stan-  
 re et minus ad Legem sibi ab initio prescriptam adimplementum  
 3. cogenda est cum ob eius privilegij supervenientiam libera, et  
 soluta remanserit ab omni vinculo, quo antea adstricta reperie-  
 batur, ut patet adductos in 2a. Decisione cuius Cause S. Absq.  
 eo, quod tradunt Olorad. cons. 4. n. 1. Marcesan. de Commis.  
 part. 2. S. 2. n. 269. fol. mudi 327. Fagnan. in cap. magnus  
 n. 26. de oblig. ad rationem ordinand. vel non.

Quo vero ad facultatem deferendi in funeribus eundem  
 Cappellanum cum cotua, et stola etiam presentis Archipresbyteri,  
 iustitia precedentij iudicari emergit ex conformi privilegio per  
 san. me. Cum IV. in premissa eius Constitutione Archi-  
 confraternitati Mortis Urbis concessa, et per istam vigore  
 aggregationis Confraternitati mortis Finarij, communicata,  
 quia de facultate cuiusmodi quoad Archiconfraternitatem  
 aggregantem valeat aliquo modo dubitari, cum namque idem Pon-  
 tificex post impartitum privilegium eligendi Cappellanum isti  
 preterea demandaverit, ut interueniat in associandis Cada-  
 veribus, eaque requisito etiam Parocho quatenus interuenire  
 velit in forma consueta, et solemni sepellire debeat, ut in S. g.  
 eiusdem Constitutionis, per necessitate fatendum est, quod Papa  
 intellexit, ut idem Cappellanus utatur stola etiam presentis  
 4. eodem Parocho, nam cum illa sit proprius sacerdotis habitus,  
 ac in verum signum sacerdotalis dignitatis deferatur, ut  
 observant Archidia. in cap. Ecclesiastica distinct. 23. sub  
 n. 4, et ex Concl. Moguntin. cap. 28. Gratian. Discep. for.  
 cap. 198. n. 54. et seqq. Dominic. Macr. in Hierolixicon.  
 5. verbo stola, ubi quod antiquitus sacerdotes semper cum illa

etiam in publico incedere tenebantur, optimè Diu. Rom. par. 3. 3<sup>mo</sup> questis. art. 3. Anonell. de regim. Eccles. lib. 3. cap. 18. n. 21. Barros. de Paroch. part. 1. cap. 10. n. 11. in fine non utique adimpleretur solemnis forma per Pontificis mandatu, quoties Cappellanus ad funera sine stola interveniet, ut arguit procedenter Bos. in postrema Eius Cause decisione. S. Cum enim.

Hic autem sensus confirmari videbatur cum ex eo, quod Summus Pontifex Eiusmodi privilegium concessit in remunerationem p. operis ab ipsa Arcidiconfraternitate exerciti, Eumandi nempe Cadavera, quae secus in Campis ferarum esca, et cibus remanent, quo fit, ut illud tamquam tributum pro alliciendis Confratribus ad tanti operis continuationem sit potius amplianda, quam restringenda ex adductis per Fagn. in cap. olim tibi n. 25. De verb. si. signific. cum ex Successiva declaratione in Sequela dictae Prag. Constitutionis ab eadem Confraternitate aggregante in Statuto emissa, quod illius Cappellanus in associandis Cadaveribus semper incederet cum cotta, et stola; Quae quidem declaratio tanquam accus proximus eidem Constitutio: ni non modicum in servis pro interpretatione, quod idem Pontifex sub verbis incedendi in forma solemni etiam stola declarationem comprehendere voluerit, ut firmat Bota coram Card. Cels. decis. 201. n. 4. et in d. postrema decisione Eius Cause. S. Idque clariss.

Tum etiam ex conformi observantia pedum ipsius Arcidiconfraternitatis aggregantis, sed etiam aliarum Societatum aggregatarum, quae omnes etiam praesente Parocho Cappellani cum cotta, et stola in funeribus desulerunt prout sentit Summario Confraternitatis n. 5. cum ad declaranda Constitutionis verba melior interpret, quam ipsa praeser observantia assignari non valeat ad Sept. in cap. cum dilectos de Consuet. Cap. Latr. Consult. 12. n. 5. et seq. Barros.

in

in cap. 8. n. 5. de Constit. Nota coram Coysa decis. 179. n. 7, et in Gerunden. Prioratus p. m. July, 1697. S. quibus coram bon. me. Vroind; et demum ex iudicatis, quae tam in casu concreto Confraternitatis Mortis, quam in abstracto Super. Eo arti. calo emanarunt. In concreto quidem, nam suborta contentione in Loco Clauari inter Societates, et Archipresbyterum eiusdem Loci Super. eo, quod in associatione Cadaverum Cappellani dictarum Societatum etiam ipso Archipresbytero praesente oratio induci incedere presunderent, Archiepiscopus Januend. illius delationem expresse indubio omnibus alijs Cappellanis excepto tamen illo Confraternitatis Mortis dicti Loci, cui ex privilegio cuiusmodi facultatem competere dignavit, et cursus in abstracto, quoniam ad dirimendas controversias per Parochos Urbis adversus Confraternitates excitatas Super. interpretatione Statuti Cleri Romani in ea parte, qua determinat Cappellanum cuiuslibet Confraternitatis coram, et Stola indutum post eandem Confraternitatem immediatè subsequi debere, Emin. Vicarius Urbis decrevit Cappellanos Societatum incedere posse cum Stola etiam praesente Parocho d. Summ. n. 9. Et eoque idem sabindè in gradu recursus resolutum fuit in Sacra Congregatione Concilij, ut ex illius decreto nouissime impresso post Antonell. de iur. et iur. 10. Cleric. fol. miri 26., quo circa cum fauor Archiconfraternitatis vigeat iudicata tam particularia, quam uniuersalia, nil amplius dubitandum Super. de facultate, et privilegio sibi in se predicta Constitutione impartito, ut in tertia Decisione B. P. mei Ly. S. Quae quidem.

- Arguè tamen non releuas, quod Stola sit signum propriè denotans iurisdictionem, ideoque de iure illa uti nequeant Cappellani praesente Parocho, penes quem residet omnimoda iurisdictionis ex adducto Pignatell. consult. 68. sub n. 12. tom. 6. et consult. 13. n. 21, et seqq. tom. 8. Item ultra quod contra: 12. aium tradunt Antonell. de regia. Eccles. Lib. 3. cap. 18. n. 21. Barbo de Paroch. part. 1. cap. 10. n. 11. in fin. et idem met Pignatell. consult. 48. n. 40. tom. 3. ubi quod Stola non

- est praeiudicium Signum jurisdictionis, sed tantum Sacerdotale  
 Dignitatem denotans, utcumque sanè ea accipienda sit, ecce:
13. In ista non obstat, quia cum Cappellanus ex praemissis pecu-  
 liari privilegio deferendi Stolum munitus sit, consequenter  
 dicitur habere privatam Legem pro se, quae derogat juri communi  
 in contrarium cap. nota per Barbo. in cap. privilegia n.  
 4. et seq. distict. 3. et in praeo. ad tit. de rescript. in 6. m. 3.  
 Fagnan. in cap. de paroe n. 3. de Cappell. Monach. et in  
 cap. olim tibi n. 5. de verbor. signific. Gonzal. ad reg. 8.  
 Cancell. gloss. 35. n. 5. et seqq; non etiam praetermittit, quod  
 tamen praesupponendum foret, quod Stola jurisdictionis Signum  
 indicaret, ad hoc incongruum non esset, quod illa etiam pro se  
 Parochi atteretur Cappellanus in associandis cadaveribus, cum ipse  
 incedens post Confratres tamquam Societatis Rectorem denotet
14. quamdam impropiam Jurisdictionem, propter quam antiqua est Con-  
 suetudo, quod Cappellani Eubi post Confraternitatem incedentes,  
 cottam, et orarium deferant, de qua Gratian. discept. forens.  
 cap. 298. n. 66.

- Non replicare juvat, quod dictum privilegium sit strictè  
 15. interpretandum tamquam tendens in praedictum Tertij, cuius  
 juri nunquam censetur Pontificem tacite voluisse derogare;
16. Omitto enim quod verba Constitutionis de qua agitur, si in di-  
 verso Significatu sumenda essent, inutilia penitus remanerent in  
 ea parte, qua Cappellano in funeribus solemniter incedere pra-  
 scribant, quod propterea operatur, ut de illis etiam in Tertij prae-  
 iudicium Latissima interpretatio facienda sit iuxta re. p. in  
 cap. Pastoralis, et cap. in die de privileg. Oldrad. cons. 268. n.  
 1. vers. Sed in contrarium Fagnan. in cap. olim tibi n. 24.  
 de verbor. signific. Samburrin. de jur. Abbas. tom. 1. disput.  
 26. q. 5. n. 9. Martill. decis. 301. n. 80. quae libet censere
15. videtur amaritudo, ex quo cum agatur de privilegio, quod de  
 sui natura est alteri praedictiale juri Tertij derogatum cen-  
 setur in die, quod concernant Substantiam gratis, atque eo,  
 quod aliquo illius e. p. n. fieri debeat, ut alij ad ductis  
 fin.

firmavit Botu coram Card. Ferr. decis. 685. n. 12.

Demum nec aduersatur decretum Sacrae Congregationis  
 Rituum datum in calce Eodierne responsis Archidyaconi Serii,  
 quia cum illud decernat solum non licere Cappellano Confra-  
 ternitatis deferre stolum quando non incedit una simul cum  
 Confratribus; Eini proinde tanquam loquens in casu diverso non  
 applicatur in Eypolesti ubi solum agitur de privilegio deferendi  
 stolum Cappellanis impartito quando in simul cum eorum Societati-  
 bus incedunt.

Quia Dominis remissive in alijs se habentibus ad  
 Decisiones precedentis instantia resolutum fuit utraque

Sauonen<sup>s</sup> Aggregationis  
 Super Remissiva.  
 Ven. 15. Januarij 1700.

Argumento non indiget.

Summarium

1. Consuetudo probanda est specificè, et in casu de quibus.
2. Privilegium competens diversis Confraternitatibus non  
 abrogatur per non usum aliquarum ex illis.

Decisio CLXXX.

Archidyaconus, et Capitulum Collegiate Ecclesie Fina-  
 rij de eorum iuribus forsane diffidentes in Eodierne Audien-  
 tia una cum dubio principali Super confirmatione sententia  
 Botalis, aliud desuper pro concessione remissiva, per me proponi  
 curarunt; Sed Domini comperta irrelevantia Materie arti-  
 culata iure merito responderunt articulos non esse admitteandos.

Cum itaque momentum futuræ probationis in eo fide-  
 ret, quod nempe Cappellanis Confraternitatum episcopi

in pluribus Circumvicinis Locis in associatione Cadaverum deferat  
cottam, et Stolum praeferat Parocho, quodque etiam nonnulli  
ex Societatibus aggregatis ad Ardicongfraternitatem Orationis,  
et Mortis Urbis credere nunquam consueverint cum Cappellano  
cottam, ac oraris induto, eo ipso proinde patuit, quod tametsi proba-  
tio cuiusmodi fuerit ad finem perducta, ad causam tamen mini-  
me foret profutura, nam Confraternitates non aggregatae, cum  
non possint per privilegium deferendi Cappellanum cum cottam, et Sto-  
2. lorum, atque utique non sunt in hypothesi pro inducenda consuetudine  
in contrarium, cum illa probari debeat specificè, et in casu indi-  
viduo, de quo agitur ad Dep. in cap. final. de Consuetud. Colan.  
cons. 69. n. 24. Lib. 3. Marescot. var. resolut. Lib. 2. cap. 100.  
n. 4. et seq. Rota coram Dunozet. Jun. decis. 945. Sub n.  
21. et in Leodien. Vicaria 10. Apris 1698. §. in primo enim, et 11.  
Maij 1699. §. quemadmodum coram Me.

Alio vero Confraternitates, quae aggregari obtinuerunt  
ad Ardicongfraternitatem Orationis, et Mortis Urbis  
per non usum Cappellani in funeribus omnia induti, nullum  
valuerunt irrogare praesudicium neque Ardicongfraternitati ag-  
guganti, minudque alijs Societatibus aggregatis, cum enim ex  
2. deductis in mea contemporanea Decisione Super negotio princi-  
pali eidem Ardicongfraternitati cuiusmodi privilegium compe-  
tat ex Constitutione Ly. IV., illud sane tanquam influens  
in causam universalem non abrogatur per non usum ali-  
quarum Confraternitatum. Sed iudex illi promanans censeatur  
conseruatum ab alijs, quae Cappellanum cum Stola detulerunt,  
ut monent Pasqualig. quest. Canon. 339. n. 22, 30, et 45.  
censur. 4. Card. de Luc. de Benefic. disc. 29. n. 24. Rota  
coram Boyas decis. 327. Sub n. 5. et coram Rembold. decis.  
514. n. 6. cum alijs in decisione cuius causae edita coram B. P.  
meo Pio 15. Junij 1707. §. final.

Et ita utraque.

Romana



15.

Romana Pecuniaria, seu Fidei Comissaria  
Mercur. 20. Januarij 1700.

## Argumentum.

Procurator, seu Executor Testamentarius habens Liberum, et amplum mandatum explendi aliquod negotium, pro quo sit necessitaria pecunia recte obligat Principalem, seu illum Heredes, quoties ex causa negotij sibi committi res alienum contrahit, praesertim si idem Principalis pro simili negotio solitus erat pecunias ab alijs querere. Mandatum ad hunc effectum bene arguitur ex versione pecuniarum, et agnitione debiti facta per eundem Principalem, seu Heredes, et ex alijs coniecturis in decisione accensis.

## Summarium

1. Obligatio Cameralis adiecta in Literis Cambij in casu illarum non solutionis, tribuit Hypothecam à die illarum datæ.
2. Creditor anterior est preferendus posteriori.
3. Acceptans Literas Cambij efficitur illarum principalis debitor.
4. Procurator ad certum actum Constitutus habet facultatem ea omnia comparandi, sine quibus res volita adimpleri non potest.
5. Executor Deputatus ad faciendum omnia, quae fuerint necessaria, valet explere actus exigentes specie mandatum.
6. Clausula cum libera inuoluit facultatem accipiendi etiam pecuniam subditam.
7. Procurator non dicitur excepire, si ea facit, quae Constitutus solitus erat explere.
8. Procurator probitate, ac fide, necus presumendus non est, quod velit mandati fines excedere.
9. Versio ex quibus probetur.
10. Mandatum arguitur ex versione.
11. Creditum probatur ex solidatione Computorum.
12. Acceptatio Literarum Cambij resultat ex eo, quod Mercator illas acceperit absque ulla reclamacione.
13. Solutio partis debiti post illius agnitionem in totum proferat.
14. Et declarantur contraria Auctoritate.
15. Mandatum ad Contrahendum res alienum resultat ex debiti approbatione facta Principali.

16. Procuratorij substitutio cessatur facta à Principali mandante, non autem à substituto.
17. Executor Testamentarius nequit extra Limites facultatis sibi concessæ Exedes obligare.
18. Verba generalia generaliter, et inde finitè intelligi debent.
19. Dicitio præsertim adhibita post indefinitam expressionem non stat Limitationem, sed solum ad designandum casum, minus dubitabilem.
20. Dicitio alia omnia diversitatem à Supra expressis importat.
21. Verisimilitudo non modicam detinet ad interpretationem mandati.
22. Circumstantiæ simul considerandæ sunt ad arguendum mandatum.
23. Procurator absque sufficienti mandato non potest principalem obligare, nec præiudicare.
24. Creditor mere personalis non potest concurre cum cred. Hypothecariis.
25. Actus declaratorius non immutat qualitatem rei declaratæ.
26. Auctores non purgantur constructo de bono iure Auctantis.

## Decisio CLXXI.

Antonius Ogay olim in Urbe Expeditionerij cum esset Morti proximus, et quamplura haberet procura mandata, tam in diuersis negotijs extrajudicialibus, quam in pluribus Litibus in sui personam emissa, cuius ultimum Testamentum condidit, in quo vigore facultatis substituti tam ex eodem mandati, quam ex ius suo dispositione sibi competentis substituit, et in eius Locum posuit Petrum de Mundain cum omnibus facultatibus, et omni meliori modo, quo poterat, et valebat sibi quæ successiue scripto uniuersali Exede Blasio Fratre, in eius Executoris Testamentariis Deposuit Alphonsum de Ibara, et memoratum Petrum de Mundain, quibus in solidum dedit plenissimam facultatem, et auctoritatem, etiam sine consensu, et participatione eius Exedis nedum ad implendum omnia, quæ illis antea communicauerat, sed etiam exigendi à quibusuis Debitoribus quaspijrerum, et bonorum Summarum, solidandi computa, satisfaciendi Creditoribus, et omnia alia, et singula faciendi, quæ fuerint necessaria, et opportuna cum pleno, amplo, libero, et generali mandato, ut in Summo illorum de Hieronymo distributo die 15. Junij 1699. Super credito N. 2.

Defuncto Testatore idem Petrus de Mundain assumpto munere Executoris, et respectiue substituti nonnullas in predictis negotiorum Commisiones expediendas adiuuauit d. Summo N. 2. Sed cum sufficientes pecuniæ pro illis perficiendis in

negs.

negotio non adessent, coactus fuit ad Cambium suscipere in mentis  
 bus Maij, Junij, et Julij, 1655. à Joanne Francisco Gerardo  
 Scutarbo. auri in auro, eiusque favore Literas Matrisi sol-  
 uibiles direxit Blasio Ongay cum specifica enunciativa uer-  
 sionis, ac cum solempni obligatione in forma B. C. minima pecunia  
 cambiam restituendi, quatenus infra terminum quinque Mensium  
 eadem Literas non fuerat soluta, d. Summ. N. 4.

Cum autem paulo post ob plures controuersias inter eum et  
 Blasium, et Alundain ex causa administrationis exortas in istius  
 Locum fuisset ad Hispanijs ad Urbem missus Sebastianus Quessa  
 eiusdem Blasij nepos cum facultatibus gerendi eadem negotia,  
 et solidandi Computa d. Summ. N. 6. Illis proinde usendo redum  
 alias scuta auri 3783. De mensibus Augusti, et Septembris  
 eiusdem anni à d. Joanne Francisco Gerardo ad Cambium accepit,  
 traditis eidem alijs similibus Literis, quas Blasius potissime accepta-  
 uerit d. Summ. N. 8. et 9. Sed etiam cum ipse ad computorum solidatio-  
 nem deuenit, in qua pro pecunijs precedenter ad Cambium submi-  
 nistratis Petro Alundain, illum constituit creditorem in prefata  
 Summa d. 5600. auri in auro, que tam proprio, quam procuratorio no-  
 mine eiusdem Blasij in termino sex mensium solutura promissa  
 d. Summ. N. 7.

Subinde uero occurrentibus alijs expeditionibus cum eodem  
 Quessa nouis indigeret pecunijs alia scuta aurea 3500. De anno  
 1655. ad Cambium similiter suscepit à Marechione Petro Kerlio,  
 qui cum soluis Literis, ad eius favorem exarata, ac Matrisi  
 soluibiles fuisset per Blasium expresse protestato, de subse-  
 quenti anno 1658. vigore mandati de perquirendo coram H.  
 Bulgarino expediri describi curauit quamplures Epistolas,  
 scripturas, et Libros existentes in Domo Petri Ongay eiusdem  
 Blasij germani Fratris hoc interim prefato Quessa in negotijs  
 subrogato, eisdemque Quessam, et Petrum de Mensibus Maij,  
 et Junij eiusdem anni aspectuè tanquam de fuga suspectos  
 carceribus mancipari fecit prout Summ. illam de Gerardo  
 super attentatu N. 7. 2. et 3.

His omnibus itaque ad notitiam Gerardi peruentis die  
 8. Junij dicti anni ad causam se admisit d. Summ. sup  
 attentatu N. 3. et 4. et successiuè sub diebus 23. et

as. Julij Seruatis Seruandis gemina mandata obtinuit, alterum  
 nempe pro scutis aureis 4519. residualibus prioris Cambij seu totum  
 auri 5600. alterum uero pro <sup>scis</sup> 852. Similibus pro residuo alterius  
 Cambij per Quendam contractum d. Summaris Super attentatis n.  
 8. et 9.; Inter ea uero idem Mandato, qui mandatum pariter pro <sup>scis</sup>  
 et 3500. expediuerat, non citato eodem Gerardo consensum iuristis  
 excarcerationi eiusdem Quetz cum sola cautione <sup>ru</sup> 800. d. Summ. n. 11.  
 atque alterius sub die 28. Septembris annuens quoque excarceratio:  
 ni memorati Petri cum ipso transegit, reportata propter obligat  
 tione soluendi totam Summa spatio decem mentium d. Summaris  
Supp. attentatis n. 12. et 13. rursus reuocauit sequestra indubita:  
 nes, et cetera impedimenta procedentem ab H. Bulgarino aduersus  
 alios creditores obtenta d. Summ. n. 24. et denique de Menis  
Januarij, et Julij sequentis anni exegit Neapoli ducatos 1100.  
 ad Quendam communem Debitorem spectantes d. Summ. n. 18.

Postea prefatus Gerardus ope mandatorum, que jam  
 diu, ut premissum est ab H. reportauerat, ad computum sui cre:  
 diti exegit, et ipse Neapoli a Duce Ferandino, Summam ducato:  
 rum 5855. ab eodem Duce debitam sepe dictis Blasio On:  
gay, et Sebastiano Quetz, Eodierno Sum. illorum de De:  
rardis n. 2., quam tamen contendens Mandato fuisse  
 attentatis exactam, pro illius reportatione iudicium instruxit  
 coram H. Bulgarino, a quo cum mandatum obtinuerit causa  
 exinde ad Corsam deuoluta post tres inter se pugnantes deci:  
 sione Pedras coram bon. me. Bourlemont, quarum 2<sup>a</sup>. et 3<sup>a</sup>.  
 ceperiuntur impressa inter recentiores in ordine La 76. part. 15.  
 et La 64. par. 17. decreta fuit illius exequatio subinde a signa:  
 tura Iustitiz, confirmata cum recipis Kiril, et amplius.

Vigore igitur prefati mandati facta exequatione Super  
 nonnullis Domibus ad Gerardum spectantibus, adiuuante Mar:  
edio tribunal H., ab eoque decreta illarum sublassatione,  
 et deliberatione pretium in 4414. sibi in satisfactione sui cre:  
 diti consignari obtinuit, sed cum hec omnia tamquam attentata  
 impugnaret Gerardus, curauit ideò disputationem in Eod. sauo  
Tribunali assumi tam Super istis, quam Super alijs, que pa:  
 riter dicebantur per Mandato patrata coram H., respectu  
 nempe excarcerationis Quetz, et Ongay, reuocationis sequestro:  
 rum, et exactiois ducatorum 1100. per ipsum Neapoli factis;  
 Sed

Sed cum quinquies proposita causa coram eodem Bourlemontensi  
 La potuinet capi resolutio septa tandem viis videlicet omnia  
 by Dominis conclusum fuit constare de attentatis quoad manda-  
 tum de consignando, et subsequente consignatione suspensa acola-  
 sione quoad alia ante commissam causam in Bota, ut in decisione  
 25. Februarij, 1678. coram eodem edita. Reassumpta vero sup-  
 plicis Disputatio ne coram bon. me. Paulucis in eius locum subdis-  
 gato, Domini sub die 18. Martij 1680. conuenerunt in sensu,  
 quod priora attentata essent reuocanda potius ex capite nullita-  
 tatis, et iniustitiz, quam ex causa attentatorum, et quoad alia  
 post commissionem cause, in Bota non solum steterunt in decisio-  
 nis, sed attentatam rursus declararunt sublationem, et deli-  
 berationem dictarum Domorum, ut ex alia decisione sub eadem die  
 expressa, aduersus quam concessa adu. audientia, causaque  
 repropoita die 9. Junij 1681. resolutionem Patres reformati  
 demandantes quod etiam attentata commissa post epequatur lo-  
 tale, reuocanda essent magis ex capite nullitatis, et iniustitiz,  
 quam ex vera causa attentatorum, subindeque demandata expe-  
 ditione quoad hoc posteriora tantum decretum de finituum prody. re-  
 uocans sublationem, et deliberationem, firma tamen remanen-  
 te executione, ac data cautione per Reclium de habendo in  
 forma depositi pensiones tam deuras, quam de currendas ad effe-  
 ctum consignandi cui de jure.

Ab hoc Decreto appellauit Martio, unde commina  
 causa Bms D meo Manuel gemina sub die 10. Martij  
 1690. proposita fuerunt dubia, alterum nempe An sit standa  
 vel recedendum a decisio quoad attentata coram H. ante com-  
missam causam in Bota, alterum uero an dictum decretum  
Botalis sit confirmandum, vel infirmandum, seu potius re for-  
mandum, cumque circa primum nulla capta fuerit resolutio, sed  
rescriptum, quod impetraretur nova commissio, ex quo illa, cuius  
vigore procedebatur restituta esset ad attentata commissa penden-  
te causa in Bota. Superi secundo responsum fuit pro forma-  
tione dicti Decreti Botalis, ut nempe firma remanente deli-  
beratione reportaretur ad sacrum Montem Pietatis pecunia

Macedoni de mandato H. consignata prout ex decisione eorundem  
eodem Gen. D. meo Manuel desuper edita.

In hoc igitur rerum statu Bernardus, et alij de Pleror-  
dis, ad quos spectat Expeditas prefati Joannis Spanisci cupientes  
causam prosequi. Medum super attentatis, quae per eorum studen-  
tium commissa dicebantur in executione pecuniarum, facta Neapoli,  
sed etiam super alijs per Nerlium patris coram H. antequam  
Causa sacrae Rota delegaretur, novam Commissionem iuxta pro-  
bunalij rescriptum impetrarunt, qua meli directa de R. R.  
consensum dedit. Dubium utriusque attentatorum speciei comple-  
ximum in eis verbis An, et de cuius bono jure constet etiam ad  
effectum attentatorum coram H. illoque proposito sub die  
15. Junij proxime praeteriti cum nullas fuerit capta resolutio, do-  
die Domini pro secunda vice consulti responderunt constare  
de bono jure illorum de Plerardis.

Quamvis enim dubitatum non fuerit de existentia,  
et realitate crediti Macedonij, tanquam proposita, et  
plene approbata in omnibus eius causa decisionibus, attamen  
quia creditum Plerardi est in tempore anteriori, ac egre Eyp-  
1. recariam ex obligatione Camerali in casu non solutionis Litem:  
rum in eisdem adiecta, quae a die illarum data Eyp. reciam tri-  
buit, ut de Luce Similibus Literis dixit Rota in Romana Sal-  
viani 27. Junij 1698. S. Anterioritas coram Me, consequens  
2. de bono jure illius Expedum constare dicendum erat, cum illi  
tanquam in tempore anteriores habeant potioritatem in jure, et  
alijs sine semper preferendi, ex deductis in Romana Conusfy,  
seu Dotium 26. Junij 1698. S. Quandoquidem coram Me, et  
in allegata Romana Salviani in principio.

Hic subditis, quod dicitur Petrus Mundain, et Sebas-  
tiano Querae sepe opportunis facultatibus destituti ad effi-  
ctam obligandi Blasium Ongay Antonij fratris Expedum. R.  
spectu siquidem partem <sup>cur</sup> 882. pro residuo Cambij ab eodem  
Sebastiano contracti, a sepe potestatis defectus sublatum re-  
3. manet expositiva acceptatione Literarum facta ab eodem  
Blasio in Villa Martini, propter quam ipse principalis de-  
bitor effectus fuit ad Dep. in L. Quod enim 3. 1. ff. rem  
ras.

21.

rat. Rab. De Marin. var. resol. Lib. 1. resol. 158. n. 4.  
Cocc. respons. Legal. 4. n. 1. lib. 1. B. P. D. meus Ansaldo. De  
commerc. et mercat. disc. 3. n. 3. Quo uero ad aliam auream 4510.  
pro remanenti rata prioris Cambij <sup>sum</sup> 5600. initi ab Mundano,  
istius facultat. ex testamento Antonij Satis Superque per Domi:  
nos desumebatur; cum enim Procurator in negotijs extrajudiciali:  
bus sibi committis, quo in expeditionibus consistebant, substitueris,  
et in sui locum posueris eundem Petrum, illumque curam deputauit.  
at in eius Decretorem Testamentarium cum plenissima facultate  
omnia, et singula faciendi, quae fuerint necessaria, et opportuna,  
ad complendum, amplo, libero, et generali mandato, absolute  
eos, quod et tanquam substitutas, et uti Procurator testamentarius  
4. pecuniarum ad Cambium substituentem, eiusque hereditatem  
obligare, cum Procurator ad certum actum constitutus censetur  
habere tanquam in necessariam consequentiam facultatem ea  
omnia sibi comparandi, sine quibus res uoluit adimpleri non potest  
ut in nostris terminis tenent. Restard. de iur. q. 15. 33. n. 1.  
26. Card. de Luc. de Camb. disc. 13. n. 07. Sanfelice. decis.  
181. n. 2. et per tot. Massill. decis. 204. n. 2. et seqq. Rot.  
coram Poccini. decis. 1541. n. 8. et seq. et in Romana, seu Li:  
mana Cambiorum 24. Maij 1696. §. Constat coram bon. me.  
Emeriz. et 10. Aprilis eiusdem anni §. Ille enim cum seq. coram  
B. P. D. med. de la Tremoille, et 26. Februarij 1698. §. Sed ubi  
5. enim coram bon. me. Ursino; et Procurator cum libera deputa:  
tus ad faciend. ea omnia, et singula, quae fuerint necessaria,  
et opportuna, valeat implere actus omnes, qui speciale etiam man:  
datum exigere ad Tept. in cap. Qui ad agendum §. final. de  
procurator. l. Procurator 88. ff. eodem. Grat. discept. 738. n.  
24. Cap. Jordan. var. Lucubr. tom. 3. Lib. 14. tit. 2. n. 291.  
et seqq. Rot. in rec. part. 15. decis. 73. n. 3. et in Romana,  
seu Limana Cambiorum 20. Aprilis 1696. §. Certius coram B. P. D.  
6. med. de la Tremoille, et per consequens etiam pecunias in causam  
rei mandatae sub usuris accipere, cum facultas per talem clau:  
sulam impartita, quamvis apposita fuerit in mandato generali;  
dicatur eiusmodi potestatem inuoluere, ut in puncto tradunt  
Sanfelice. d. decis. 181. ff. rot. et Signaneri §. Insuper de §. fi.  
ergo Rot. in d. Romana, seu Limana Cambiorum 26. Februa:

aj 1698. §. Totum enim coram Do. me. Ursino, eorundem decem:  
no cuius causa La 73. pars. 15. sec. n. 3.

- Predicta uero, que factis clara uisa sunt ad conuincendam  
facultatem in Alundain obligandi Expeditionem Ansonij, clara  
etiam Dominis apparebant ex alijs facti Circumstantijs. Testator  
quippe dum erat in Humanis pro cuiusmodi negotijs explicandis ex  
eadem Cambia contraxit. Testabat cum Gerardo, ut factus fuit  
idem Blasius in Informationibus distributis coram Card. Celso  
d. posteriori Summaris Super credito n. 18, et constat ex partibus alia  
ad illius instantiam extractis ex Libris ipsius Gerardi d. Summ.  
n. 16, atque de his optime conscius erat Alundain, qui tanquam  
eius Minister penes ipsum residebat d. Todieno Summaris n. 2.  
unde bene potuit ipse seruando solitum Testatorij pro explendis  
7. rebus sibi commissis pecunias ab alijs quere, cum Procurator ad  
negotia amplissime constitutus ad argui nequeas de aliquo excessu,  
Rea facias, que Dominus ipse, seu Constituens solitus erat  
explere, ut firmat Bot. in d. Dec. n. Cuius causa La 73. pars. 15.  
n. 16, et seq. et comprobant Dec. cons. 242. n. 9. Roman. cony.  
94. n. 8. Pa. felic. d. Decis. 181. n. 2. Joseph Ludovic. Decis.  
8. Lucen. 43. n. 20. et seqq. Signanter quia prosumendum non est,  
quod Vir probitate ac fide iam Testator notus, et eo illius vo:  
luntate plenissime informatus uoluerit in pro iudicium substituens  
eis, vel creditoris, qui secum bona fide contraxerat, mandare  
fines excedere per ea, que notant Cocc. disput. jur. Select.  
cap. 152. n. 21. Bot. in d. Romano seu Simano Cambiorum  
24. Maij 1696. §. Idque etiam coram Do. me. Emeriz, et 10.  
Abril eiusdem anni §. deinde coram B. B. mes de la Tremille.
- His insuper accedit actualij ueris pecuniarum Gerardi  
in utilitatem dicti Blasij, et pro faciendis Expeditionibus ad ipso  
transmissis, ut dicitur comprobatur nedum ex confessione eiusdem  
Alundain emissam in ipsis et Literis Cambij d. posteriori Summaris  
Super credito n. 4. et ex actuali negotiorum Expeditione d. Summ.  
n. 2, et 3. Sed etiam ex precipitis Informationibus per Blasium  
distributis coram Card. Celso dicto Summaris n. 18, atque ex de-  
fectu pecuniarum, et temporum uicinitate quibus Expeditioni-  
bus, et pecunijs, traditis fuerunt ad finem perducte, ex quibus  
9. omnibus uersionem induci concludunt Mendr. de resump.  
Lib. 3. trad. 55. n. 5. Amas. resol. 3. n. 59. Card. de Luc.  
De



De credit. disc. 1. n. 12. Cota coram Burato. decij. 546. n. 10. 4. ibique Adde. n. 9. et ex illa argumentum sumi ad mandatum firmat Cota in d. Romana seu Limana Cambiorum 14 Maij 1696. §. tertia coram don. me. Emerig. et 10. Xbris eisdem anni §. ac postrema coram B. D. med de la Noemille.

11. Quod ipsum cursum confirmatur ex solidatione computorum facta à Sebastiano Ludovico abis Procuratore eiusdem Blasij, in qua disjunctij partis Gerardij constituitur creditor in reata summa auri 5600. ex ea enim solidatione non solum augeatur p. s. sumptio facultatis Mundain contradendi controversa Cambia, sed plena etiam crediti probatio contra Blasium principalem resultat, ut monens Gasian. discrept. forens. cap. 391. n. 1. Cebuff. De Lit. oblig. art. 6. gloss. 3. n. 35. Cota coram Bied. decis. 319. n. 1. et in d. decis. cuius Causa La 73. pars. 15. n. 6.

12. Quod denique in istorum omnium comprobatione teste offero agnitione debiti, et ratificatione obligationis facta ab eodem Blasio, quae satis visa esse emergere cum ex eo, quod spacia non solum ab Mundain transmissa recepit, impensaque in principalibus una cum solido augmento recuperavit, sed et ipsa littera Cambij fauore Gerardij scripta a quoque ulla reclamatione penes se retinuit, quod sufficit ad effectum probandi illam acceptionem per ea, quae iuxta communem sententiam tradunt Scacc. de Camb. §. 2. gloss. 5. n. 336. Cota. d. Litteris Camb. disc. 13. n. 5. Fontanell. decis. 124. n. 10. Adde. ad Burato. decis. 486. n. 7. Cota. in re. pars. 1. decis. 664. n. 2. et in Romana Litterarum Cambij 13 Maij 1697. §. Littera, et 16. Junij 1698. §.

13.posito coram Me. cum etiam ex solutione ratei eiusdem debiti facta ab eodem Blasio, d. moderno Summaris n. 3. quae agnitionem debiti in totum praesert, ut probant Mendic. de presump. lib. 3. pres. 135. n. 18. Cota coram Cels. d. 51. n. 4. coram Paris. decis. 56. n. 21. in recent. pars. 16. decis. 58. n. 16. et in d. Romana, seu Limana Cambiorum 14 Maij 1696. §. quarta demum 14 coram don. me. Emerig; non aduersantibus aut iuratis ibi in contrarium adductis, cum illi procedant, et intelligenda sine quando solvens intellexit agnoscere debitum pro parte tantum, sed quando reuersatur in dubio, ut declarat Adde. d. Decgor. decis. 557. sub n. 11. Cota. decis. 547. n. 8. pars. 1. rec. tam demum ex pluribus ipsius Dydolus, in quibus non solum enunciat Mundain eius Ministrum, et famulum,

15. sed fatetur etiam debitam ab eodem cum Nerardo contra-  
ctum persolvere, uelle d. Summaris n. 16. et 17. Haec autem  
eiusdem debiti approbatio, quod in his omnibus additur innegabile,  
optime interpresatur, et declarat sufficiens mandatum ad ini-  
tium fuine eidem Mundain collatum, ut ponderant Card. de Luc. de  
cred. disc. 110. n. 2. et de Camb. disc. 13. Sub n. 4. B. P.  
oneas Ansaldo. de commerc. et mercat. disc. 30. n. 22. et seq.  
Botanici Romana, seu Limana Cambiorum 10. Dec. 1696. S.  
ac postremo in fine coram B. P. oneo de la Tremoille.

16. Neque eis obstat ea, quae firmat decisio contraria diuini  
Causae impudica inter recentiores in ordine la 64. part. 17. quaeque  
Eodico referuntur per defensores Marcionis, et prius praesumpta  
fuerant per Bocu. alias pro eodem scribentem dicitur. jur. select.  
cap. 102. Omnis enim ius, quae tam in dicta decisione à n. 2.  
atque ad 12. quam in eodem cap. 102. per sot. late afferuntur ad  
probandum Mundain non fuine ab Antonio in Institutorem des-  
putatum, cum etiam prociue ab altera institutio ex praeductis  
sufficiat illum fuine Procuratorem, uel Decuratorem testamen-  
tariam, ut inde ualuerit illius Expeditionem efficaciter obligare, non  
inquam obstat, quod idem Mundain tanquam substitutus potuisset  
quidem obligare principales mandantes, non autem ipsum substituen-  
tem, cum substitutio censeatur facta ab illis, qui ab initio fac-  
cultatem communicarunt, ut innuit d. decis. Sub n. 4. et 5. et  
tradit Bocu. d. cap. 102. n. 3. et seqq. Nam Domini distinguen-  
tes duas negotiorum species in his Expeditionibus, alteram nempe  
respicientes Correspondentes, quae consistit in facultate comparandi  
eorum nomine, et obtinendi Expeditiones gratis, et iustis, alter-  
am uero concernentem directum negotium eiusdem Antonio sub-  
stituentis, quod potissimum ceteris in Lucis insignibus, quae ab eius-  
modi personis in dictis Expeditionibus reportari solent, pro obiecti  
remotione ponderabatur, quod si ad praesens ageretur de aliquo actu  
preiudiciali eidem Correspondentibus per substituentem illas occasio-  
ne negotiorum ad ipsos spectantium, prout uel ob consensum praesertim  
aerignationi beneficii, reservationi pensionis, et similibus, utique  
locus esset questionis an substituentis teneatur de facto substi-  
tuti, uel potius principalis mandans obligatus remaneret, ac in  
controversia sic super Cambijs per substituentem contractus ad  
13. Tum etiam quia in eorum Depositionibus nimis animosè se generunt, cum professi fuerint negativam coarctare usque ad impugnandam confessionem ipsiusmet Iosephi Mariae Heroris, qui in Inventariis in actis exhibitis plura descripsit, quæ illi precise negauerant existisse; Quamobrem nullum fundamentum Super eis consistere valet, vel quia exinde conuincuntur mendaces, vel saltem quia consensu non fuisse bene informatos iuxta Auctoritates proximè allegatas.

14. Hinc Superfluum Pres existimabant descendere ad examen Causæ, ob quam petitur restitutio in integrum, cum pro ea deneganda Sufficiens uisus fuerit solus defectus Lenonis, ut præteris firmatum fuit in prædictis Decisionibus editis in Viteruetana Fideicommissi, et signatis 14. Maij 1694. S. Hinc argere coram bon. me. Orsino. Verum illud etiam assumptores eorum cuiusmodi quoque defectu eundem Iosephum Mariam ad Inocentiam repellendum esse conuenerunt.

15. Ignorantia siquidem antiquorum fideicommissorum, in qua Ioseph Maria vixisse præfendit, usque ad obitum Canonici eius Germani Fratris, et ex qua præfatam iussum causam elicere contendit, tantum abest, quod fuerit probata, ut quamplures potius enumerentur concessura positivam illius Scientiam suadentes. Prima scilicet quia Ioseph Maria est Espej eiusdem Ansenoris Patris, et propterea de Scripturis

- ab isto relicto censetur informatus Manj. consult. 271. n. 20. Cor.  
 decis. 347. n. 13. par. 17. Secunda ex quo Longissima intercessit  
 16. collabitatio, et communis cum prefato Canonico eius Germano  
 Fratre, per quem Scriptura fideicommissorum ad Communionem  
 spectantes retinebantur Casell. expedit. 44. n. 7. Crauea.  
 cons. 26. n. 3. Corneus cons. 88. n. 12. lib. 3. Nota decis. 167.  
 n. 7, et 8. post Post. de Subst. decis. 356. n. 8. p. 9. recent.  
 Tertia quoniam in Inventario post obitum dicti Canonici  
 confecto Ioseph Maria fideicommissa descriptis tanquam si.  
 17. bi precedenti tempore cognita nullatenus scilicet facta men-  
 tione de Scientia superventa, ut considerat Honded. cons.  
 86. n. 80. Lib. 3. p. 2. Et quarta quia à die obitus Patris Lon-  
 18. gissimum tempus effluit Odds de cessat. in integr. par. 5.  
 quest. 8. n. 68. Nota decis. 645. n. 22. coram. Dunozett.  
 Jun. decis. 293. n. 17. par. 10. et decis. 284. n. 4. par. 11. recent.  
 Absque eo, quod milites favore eiusdem Iosephi Mariae,  
 19. quod Ignorantia de Jure presumatur de regulis. Juris  
 in 6. et in l. Si quis in alterius ff. eodem: Quodque propter  
 rem Scientia per Creditores deberet concludenter probari. Quo-  
 ariam preferquam, quod Eiusmodi Iuris presumptio non suffragar-  
 20. tur in presentia, ubi dum ignorantia allegatur pro fundamento  
 Intentionis, aliunde probanda venit iuxta Mercam Felin.  
 in cap. Vigilanti n. 5. m. vers. Qui allegaret de Prescript. Ma-  
 scard. de Prob. concl. 829. n. 39. Caren. resol. 39. n. 5.  
 et in puncto firmavit Nota decis. 151. n. 2. coram. Cavaler.  
 decis. 30. n. 21. coram. Bichio decis. 293. n. 16. par. X. de-  
 21. cis. 235. n. 17. par. 19. recent., Obiectum remouetur  
 ex recentibus Contrariis Coniecturis, quae, etiamsi fuerint  
 remota cuilibet tamen presumpta ignorantia, prevalere debent  
 Gratian. decis. 4. n. 40. Nota dec. 151. n. 6. coram. Cavaler.  
 decis. 6. n. 48. eum ibi relatis coram. Bichio.

Mi-

Minusquē uis fieri potest in Iuramento per Iosephum  
Mariam super eadem Ignorantia fideicommissorum prestito.

22. Illud enim attendi non meretur. Tum quia ednorarię, militante  
probationes Menoch. de Arbitr. cap. 106. n. 7. et 8. Cyriac. contr.  
sig. n. 4. Cum etiam quia propositum fuit ad Arpedi, cuius  
23. depositioni ad propriam commoditatem emissa standum non est  
ad regul. Sexto in l. Nullus ff. de Testib; quę ad propositum  
allegat. Cōs. coram Cavalier. decis. 246. n. 40.

24. Quę in omnem casum Dñi advertebant, quod licet  
Ioseph Maria predicta fideicommissa ignorauerit, tamen  
quia ex supræductis Ignorantia dijudicanda esset crassa, et  
Supina non autem Legitima, et undequaque excusabilis,  
irrelevans foret pro restitutione in integrum obtinenda iuxta  
Sept. in l. Nec supina ibique Gloss. ff. de regul. Jur.  
et facti Ignor. Stat. cons. 225. n. 5. Lib. p. Decius. conj.  
29. in fine Bursatt. cons. 60. n. 72. Gob. consult. 113. n.  
45. Manius consult. 271. n. 18. Odd. d. tract. par. 1<sup>ma</sup> quęst.  
8. artic. 10. n. 57. Siurb. decis. 81. n. 23. et seqq. Cotta  
decis. 151. n. 2. et seqq. coram Cavalier. decis. 645. n. 27.  
coram Dunozet. Jun. decis. 6. n. 43. coram Bichio.

25. Quamvis autem Lucasquē adducta pro negativalibus  
resolutione superabundarent. Dñi tamen ad repellendam Jo:  
sephi Mariae instantiam aliud etiam approbarunt motivum pro  
parte Creditorum adductum, quod scilicet cum plura hęc  
noris bona fuerint per ipsam Iosephum Mariam, aliosque eius  
25. heredes distracta, ac proinde amplius integra non existente,  
remedio restitutionis in integrum locus esse non potest. l.  
quod minor d. Scudla ff. de Minoribus Menoch. cons. 200.  
n. 293. et cons. 103. n. 25. et cons. 714. n. 4. Gratian. discip.  
for. cap. 167. n. 46. Gob. consult. 133. n. 34. Croced. discip.  
for. 61. n. 78. Cotta decis. 483. n. 9. Lib. p. coram Quę, et  
post Borden. collect. decis. 33. n. 17.

Quę utraq;

Reatina Fideicommissi de Cauellonibus  
Ven. 26. Martij 1700.

## Argumentum

Agens ex credito dotali contra bone fideicommissaria, an,  
et quando teneatur Fideicommissis cedere jura contra bona libera,  
ita ut in casu contrario repelli possit exceptione cedendarum.

## Summarium

1. Pro solutione dotis deficientibus bonis Libera datur  
actio aduersus Fideicommissum.
2. Cimita quando Creditor dotis consentit alienationi bonorum  
Liberorum.
- Sublimita 1<sup>mo</sup> quando consentiens non habet Scientiam Li:  
beratis bonorum, et Fideicommissi Superioris ordinati n<sup>o</sup> 11.  
Et talis Scientia debet esse certa, et indubia n<sup>o</sup> 5.
- Sublimita 2<sup>o</sup> quando consensus praesertim est post factam  
alienationem n<sup>o</sup> 6.
3. Creditor dotis non tenetur persequi bona intricata.
7. Nec alia jam a Tertio possessa.
8. Tenetur tamen jura dotalia cedere Fideicommissis  
si agit contra bona Fideicommissaria.
9. Et in cessionem cuiusmodi facere nequit repellitur exceptio:  
ne Cedendarum
10. Creditor agere potest ex Juribus debitoris.
11. Actor non remanet in eij Juribus dotalibus prejudicatus  
ex actu gesto a Viri absque eius consensu.
12. Exceptio cedendarum procedit solum quando debens cedere  
jura aliquid agit propter, quod ea amplius cedere nequeat.

13. Deliberatio facta super bonis, quae pluris ualeant quam summa in mandato concessa sustinetur, si illud plus fuerit deprecabile ad commodum Debitoris.

## Decisio CXCVI.

Post geminas Rotales Sententias in hac Causa promulgatas immisionem denegantes Franciscus Antonius, Clauellus, & de Crispolis ad bona Fideicommissaria Mutij Senioris de Clauellis per illos de Cappelletis detenta, cum eadem Franciscus Antonia nondum acquiescens curauerit mihi nouam Causam cognitionem committi, proposui Eodiem consuetum Dubium, quod pro confirmatione dictarum Sententiarum resolutum fuit.

Illarum enim Iustitia, quae unice in controversiam reuocabatur, ex eo precipue apparebat, quod cum bona praedicta fuerint per viam Deliberationis in Res Conuentos alienata ex titulo Dotis Suae eorum Auctricis, et ab eodem Fideicommissente descendens, atque ex iuribus dotalibus Melancz Matris, quae pro solutione Dotis Suae, principaliter, et insolidum se obligauerat, iis utique non obstante quodcumque Fideicommissi neque dictorum bonorum resensio debita est, cum pro solutione debiti Potalis ex defectu Liberiorum detur actio aduersus Fideicom<sup>sum</sup>. ab Ascendente ordinatum iuxta Subdiarium remedium autem Res quae Cod. commun. de Legat. de quo Rot in Decisionibus eius Causae, editis in praecedentibus instantiis, et signanter coram R. P. D. meo Pio ad Aplis 1698. in principio.

2. Nec fundamentum istud euertere visum est ex repetito obiecto, quod cum Faustus eiusdem Suae, Vir, et Auctor illorum de Cappelletis Ode anno 1670. consensum praestiterit alienationi cuiusdam Molendini sita in flumine

Velino, quod ex plenè firmatis in alia Beatina Fideicom-  
 missi de Fauellonibus 15. Maij 1699. coram B. P. D. meo Dis  
 Liberum erat Mutij, junioris, et Flamini debitorum eius de  
 dotis, inde minimè ex post valuerit eadem bona Fideicommissis  
 obnoxia subleuare ex deductis per Roguero. l. alleg. 40. n.  
 52. Card. de Luc. de dot. disc. 46. n. 7. vers., et in seminis  
 consentientis, et disc. 52. n. 2. Cor. in rec. dec. 304. n.  
 16. par. 13., et coram Cerro dec. 34. n. 53, et in Bononiens.  
 Fideicommissi de Burzani 25. Februarij 1698. S. Atque  
 ob id coram Meo.

Prætermittis enim, quod dictum Molendinum reperiret.  
 pluribus vinculis inuolutum, atque ides Faustus consentien-  
 do illius alienationi neququam Lesus remanserit in Au-  
 ribus dotalibus, ex quo aduersus illud tanquam corpus intri-  
 catum non teneretur eius actionem experiri, ut firmat Cor.  
 in Decisione cuius Cause edita coram bon. meo. Ursino 23.  
 Januarij 1696. S. Secunda uero, et in d. Decisione B. P. D. mei  
 Lij S. Et quarto, obiectum aduè dupliciter diluebatur. Prmo  
 nempe quia ead in facto probatum remanet faustum de sem-  
 pore, quo aspersum consensum respicit labuisse scientiam deli-  
 berate dicti Molendini in Tertios alienati, minusque de  
 fideicommissi ab eodem Mutio Seniore ordinato, unde perperam  
 allegatur dictum faustum ex consensu cuiusmodi præiudicium  
 sibi insulise, cum ad hunc effectum probare oportet, quod eadem  
 utraque bonorum qualitas inueniret, ut notant Fusar. de Sub-  
 stit. quæst. 532. n. 32. Menoch. de presumpt. lib. 4. pres.  
 190. n. 47. Boss. de dot. cap. 16. n. 280. in fine, et in specie  
 contra eandem Franciscam Antoniam Acvicem respondit  
 Cor. dec. 123. n. 32. par. 16. recens. et quidem cum scien-  
 tia certa, ac individua quemadmodum requiritur in qualibet  
 materia



- materia praedicta, ex firmatis per Bot. in Bononiens' fidei commissi g.  
 xbris 1697. Quouero coram Amō Dnō meo Decano, et in Spoletana  
 Censu 16. Martij 1699. §. Quamuis in fine coram Alē; secundo uerō  
 6. quia d. Faustus praefatum consensum non praescribit de tempore ven-  
 ditionis d. Motendini, Sed postquam ipse praescribitur iam fuerat  
 in tertium Imporem distractum, quapropter cum idem Faustus  
 ad hunc actum deveniret tanquam Exoraneus, bene potuit et non  
 obstantē aduersus fideicommissum eius actionem dirigere, cum ipse  
 bona Libera iam a tertio Emptore possessa persequi non teneretur  
 ut monent Card. de Luc. de dot. disc. 148. n. 55. Nota. decis.  
 292. n. 10. par. 12. recens. cum alijs in d. decisione B. P. mei Cij  
 28. Aprilis 1698. §. Aut uerō.

- Quod licet per scribentes pro Francisca Antonia expli-  
 catum fuerit, quod cum semper et in omnem obdicti consensus  
 praesertationem impediretur Faustus quominus ualere iura dota-  
 8. lia cedere fideicommissis contra bona Libera, prout de iure tenebat  
 ad tradita per Eugen. cons. 34. n. 3. et segg. lib. 1. Mars. de  
 Success. Legal. par. 4. qu. 26. 21. art. 10. n. 43. et segg. Card. de  
 Luc. de dot. disc. 7. n. 6. et discurs. 148. n. 55. et in Summa  
 eiusdem tractat. n. 137. Boss. de dot. cap. 16. sub n. 268.  
 uertic. et teneretur Mulier fol. mudi 637. Bos. decis. 312.  
 n. 39. par. 6. rec. per consequens non potuerit ergo se uer-  
 9. tere contra bona fideicommissaria ob exceptionem cedendarum, quae  
 ipsi exinde obstarer, ut concludunt Mars. d. par. 4. qu. 26.  
 art. 10. sub n. 44. Nota d. decis. 312. sub n. 28. uertic. et con-  
 sequenter par. 6. recens.

Domini tamen animaduertent, quod utcumque ualuerit  
 Faustus ob dictum consensum sibi praedictare quaedam iura fidei com-  
 missaria ex credito dotali. Quia, adeo ut illorum cessionem aduersus  
 bona Libera explere nequiverit, adhuc tamen dici non potest ipsum  
 extinctione propria iura pro consecutione crediti dotalis aduersus coobli-  
 gatos ad illam soluentem; Quamobrem cum in illius constitutione  
 inter alios se obligauerit etiam Melania eiusdem Cuius Mater,  
 inde sequitur, quod sicuti ista tanquam creditorum sui dotalis persequi  
 ualuerit bona fideicommissaria Mutij, pro illius restitutione

obligata, ita potuit Faustus non obstante consensu alienationi  
 honorum Liberorum praestito directe agere ex illius jurebus adversus  
 Fideicommissum pro Satisfactione eius crediti, eademque jura subinde  
 10. cedere praedicto Fideicommisso adversus bonas Libera, ex regula indubi-  
 tata, quod creditor agere potest ex jurebus proprii debitoris, illisque  
 in proprium commodum uti ex his, quae firmat Bot. coram Duzza.  
 Jun. decis. 539. n. 3. et in decisione huius Cause edita coram Bon-  
 me. Ursino 12. Januarij 1693. §. alter, et in alia coram B. P. D.  
 meo Sid. 28. Aprilis 1698. §. finali.

Et in omnem casum cum praesuppositis consensu praestito ful-  
 cis per Faustam sine interventu, et Scientia Uxoris, Domini  
 praedicti subiungebant, quod quemadmodum ipsa ex actu huiusmodi ne-  
 quaquam potuisset impediri, quominus in dotis consequentibus propria  
 11. iura valuerit cedere fideicommissis, cum illa eidem remanserint  
 illaesa, nec aliquod ex factis Viri requiverint praedictum pati, ut sentis  
 Bota in rec. decis. 123. n. 31. par. 26. accent. et in decis. Bon. me.  
 Ursini 19. Junij 1693. §. Et quamvis, et in alia B. P. D. mei Sid. §.  
 tertio, quia, ita edicere inadaptabiles huius casus videbantur terminis  
 12. exceptionis cedendarum, cum ea Locum sibi aridices tantum quan-  
 do is, qui tenetur necessario cedere jura aliquid agit, propter quod  
 ea amplius cedere non possit, ut per Dec. in L. Stridum g. s. d. si cre-  
 ditor l. 2. ff. de sol. monent Olea de cess. iur. tit. s. quae 2. r.  
 n. 35. Sobb. consult. decisiu. 21. n. 8. Bot. decis. B. P. D. n. 40, et  
 seqq. p. 6. accent.

Minusque adversari videbatur, quod Faustus ex pretio  
 praedicti della Cassagnola venditi de anno 1613. receperit <sup>scilicet</sup> 408.  
 ad computum interuentorum, et fructuum dotialium, et tamen in actu  
 deliberationis eo minime imputaverit in illorum extinctionem;  
 Nam dicta deliberatio facta fuit sane cum pro sorte, et fructi-  
 bus decursis post annum 1619. Summ. illorum de Cappellettis n. 5.  
 et seq. unde solutio <sup>cum</sup> 408. expleta de anno 1613. referenda est  
 ad fructus ante dictum annum 1619. decursos, pro quibus Faustus  
 indubie reperiebatur creditor in <sup>his</sup> 408.; non relevante, quod cre-  
 ditum pro dote, et fructibus ab eodem anno usque ad obitum Fausti  
 decursis non excedat 408. atque ideo iniusta appareat retentio  
 honorum fideicommissariorum, quae deliberata fuerunt pro pretio  
<sup>ru</sup>

rum 1600. quia cum residuale pretium non remanseris penes D. de Cappelletij, sed per ipsos fuerit depositatum in Saero Monte Pietatis ad commodum fidei committi, poteris ad Summum Franciscam Antonia actionem si quam habes exercere adversus illos, qui residuum predictum exegerunt, minime tamen de iniustitia, et excessu querere restitutionem dictorum bonorum, quae ante, et postea fuerunt pro eodem pretis deliberata, ut allegatis Concordantibus optime Nota coram Vobis dec. nos. n. 15.

Et ita praetermissis examine an Franciscam Antonia bene reddiderit rationem bonorum depositariorum F. Laminij. Debitoris dictae dotis, tanquam ex his ad causae definitionem supervacaneas, cessatum fuit utraque.

Tunden. Prioratus  
Lunae, 29 Martij 1700.

## Argumentum

Quaeritur an unio Beneficij facta Anno communi distributionum quotidianarum intelligi valeat facta Majoris communi Anniversariorum, et Symplicium, atque ad hunc effectum assignatur differentia inter Distributiones, et Anniversaria.

## Summarium

1. Beneficiarij non sunt de Capitali, nec veniunt sub illius denominatione.
2. Bulla unionis tanquam unice directa ad Capitulum ad illius commodum dumtaxat censeri debet concessa.
3. Unio dubia, et obscura eo modo intelligenda est, quo fuit observata.
4. Observantia quamvis interrupta si postea fuerit cum Partis acquiescentia prodeca censeri debet magis confirmata.

5. Presbyteri conductus nequeunt participare de Massae distributionum quotidianarum.
6. Distributiones quotidianae fuerunt principaliter introductae ad augendum cultum Divinum.
7. Anniversaria ex Priorum relictis instituuntur pro Suffragiis hinc.
8. Distributiones accrescunt Interestensibus.
9. In Anniversariis non daturus accrescendi.
10. Ab Anniversariis ad distributiones argumentum non datur.
11. Diffinitas Sententiae à Decisionibus, ut nullitatem pariat debet substantiam alserare.

## Decisio CXCVII.

Consistentes Domini in decisio coram Ille sub die 15. Julij proximo proferri firmis iterum existimant Prioratum B<sup>o</sup> & Mariae de Olivis censi unicum Massae Capitulari, non autem Manae communis Anniversariorum Presbyteralium, cum S<sup>o</sup> & c. an<sup>o</sup> San. me. Clemens 8<sup>o</sup> in eius confirmatione constitutione expresse declaraverit dictum Prioratum unum Mense Capitulari, sub cuius nomine nequaquam comprahendi valet Manae, quae sit communis cum Beneficiatis, cum isti nec sint de Capitulo nec veniant sub illius denominatione, ut ex gloss. in cap. penultim. in verbo Officiorum de feric. non accid. firmat dicta mea proferri.

1. Decisio 8. Quoadmodum enim, cumque proferri liberam Capitulo, et Decano facultatem tribuerit capiendi possessionem bonorum unitorum, illorumque fructus percipiendi, eidemque Capitulo, seu eius singularibus personis dumtaxat absolutionem à censuris concesserit, ipsorumque etiam onerum supportationem iniunxerit, ex his sane omnibus iterum pernecece fatendum est, quod si Summus Pontifex verba omnia, et singula Constitutionis unice ad Capitulum direxit, ad illius etiam commodum dumtaxat unionem expleat voluerit exclusivè ad Massam communem Anniversariorum Presbyteralium de qua participans etiam ipse Beneficiatis, ut latè hoc omnia enumerando concludit Botta in d<sup>o</sup> mea proferri Decisio 8. Inquiescit cum seq.

Indu.

Indubitanter uero quia ab anno 1592, quo Prioratus unio secun-  
 da est usque ad presens Capitulum privatius quoad Beneficiatos  
 bonorum unitorum fructus continuo percepit, illoque in causam  
 Distributionum pro illis Canonis, et Decano extractis; De quibus  
 cum individuali reseruet observantia prefate unioni, absoluti juris  
 est, quod Prioratus soli Massae Capitulari unioy censerit debet, cum  
 ea tanquam optima interpretatio apostolicarum Constitutionum sua-  
 deat illas quamuis obscuras, et dubias, eo modo intelligendas esse, quo  
 fuerunt observatae iuxta sept. in cap. Dilectos de consuet. Car-  
 ter. in cap. 8. n. 5. de consuet. Bona coram Boyadecis 179. n. 7.  
 et in Saonen. Aggregationis 15. Januarij 1707. S. tam etiam  
 ex conformi coram Me. et in decisione eius Cause edita coram  
 bon. mo. Ursino 5. Julij 1697. S. Quibus omis; non attento quod  
 observantia predicta ex antiquis Commissionibus ad instantiam Be-  
 neficiatorum expressis remaneret interrupta; quoniam cum ex post  
 in illarum sequelam nunquam fuerint prosequuti, atque in fecim  
 Capitulum cum reorem scientia, et patientia Prioratus additibus  
 privatius gaudere non omiserit, ex hac profecto acquiescentia  
 possessio, et observantia magis potius confirmata remanent, et de-  
 ductis per Bon. in Bardinon. Parochialis del Bras 13. Junij  
 1695. S. Non releuat, et c. Abbis eiusdem anni S. Innegabilis,  
 et S. Sicque coram bon. mo. Ursino, et in Bononien. Juris  
 conferendi 9. Junij 1698. S. Ita ad resistentibus coram eodem.

Secus aliqua in contrarium scabui potest in eo, quod  
 Pontifex unionem fieri mandauerit Ollesse Capitulari, seu  
 Massae commun. Distributionum quotidianarum. Enim uero  
 non inde sequitur, quod unio Anniversariorum Massae facta  
 censeri debeat, quoniam cum de ista indistincte participent  
 etiam Presbyteri Conducitij, atque i conuersi, de ea parti-  
 pare nequeant Canonici, et Beneficiarij illi, qui in sacerdotali  
 dignitate constituti non sunt, quemadmodum exinde obstrum-  
 que ex dictis Capitulis eadem Massa predicari nequit de Massa  
 Distributionum quotidianarum, ut de primo tradit Monet. de di-  
 strib. par. 2. quest. 24. sub n. ca. circa med. uers. Nam etiam

Rectores Parochialium, ac de Secundo constat ex mente ipsius Pontificis qui unionem fieri voluit Mensis distributionum omnibus Canonicis communis, ita nec omnino ex predictis verbis arguendum aliquid desumi potest, quod Prioratus unius factus fuerit Mensis Anniversariorum Praesbyteralium.

- Quod etiam confirmatur inspecta differentia, quae inter Anniversaria, et distributiones quotidianas intercedit. Distributiones quippe quotidianae fundantur ex fructibus Mensis Capitularis, et fuerunt principaliter introductae ad augendum cultum diuinum, ut ex Decretis in cap. unico de Cleric. non aetio. in 6. et ex dispositione sac. Concilii Tridentini Sess. 21. de reform. cap. 3. tenentis Stephan. Duranti. de vit. Eccles. cap. 25. n. 4. et Haum. de Canon. canon. cap. 18. n. 10; et seq. Barbosa. ad Concil. Trident. Sess. 21. de reform. cap. 3. n. 1; et seqq. Pignatelli. consuec. canon. 499. circa med. et n. 1. Anniversaria vero unice instituantur pro suffragiis Animarum ex additis, qui per pios fideles relinquuntur ad Decretis cum Glossa in cap. Cum creatura de celebr. Min. Sara de Anniversar. Lib. 1. cap. 1. n. 26. et cursus distributiones quotidianae, debitorum, qui Diuinis officiis non interueniunt accrescunt alijs Interuentibus, ut observant Mones. de Distrib. par. 3. quest. 6. n. 16. Pignatelli. consult. 134. n. 2. som. 9. Antonelli. de iur. et oner. Cleric. Lib. 2. par. 6. cap. ult. n. 180., quod profectio non contingit in Anniversarijs, in quibus ius accrescendi non datur, ut aduertunt Sara de Anniversar. Lib. 1. cap. 17. n. 3. Pignatelli. 2. consult. 134. n. 1. som. 9. adeo ut ex his mirum sane non sit, quod San. me. Gregorius XI. in unione 93. Capitulariarum ad commodum eiusdem Capituli expleta, licet in Ecclesia Terundenz. adesse Mensis Anniversariorum longe antea constituta, combantem tamen asperuerit nullas in illa adesse distributiones quotidianas, quodque Doctores mirabili laudif. ferentia inspecta concludant Anniversaria sub appellatione Distributionum quotidianarum, nullatenus comprehendendi, neque ab istis Libris esse ad illa arguendum sumere, ut praeter ad-

Ducos

duos in decis. que reuilebar. Et demum tertia, firmans Pi-  
gnattell. consuls. 19. n. 22. Tomo B. et consuls. 134. pariter n. 11.  
Tom. G. Antonell. de iur. Cleric. dicto cap. ultim. n. 180. Bona decis.  
Sp. n. 4. par. 7. recens.

Quia ad effectum probandi <sup>am</sup> Massam Anniversariorum  
esse Massam communem distributionum quotidianarum recurrenda  
sunt ad Documenta, quae, Eodiem plena manu per Beneficiarios exhiben-  
tur in eorum Summaris a n. 10. ad 19. Nam illis Sedulo per Dnos. rima-  
tis videtur ea quidem praeferre posse, quod quando Anniversaria  
celebrantur, illorum solutio fiat per modum distributionum, sed tamen  
apta eadem esse concludere, quod ea induant qualitatem distributio-  
num quotidianarum, quae communiter in omnibus Canonicis distribuuntur  
cum possint stare simul, quod Anniversaria quoad modum ea pend-  
endi tanquam Distributiones improprie considerentur, et tamen illos  
Mans. predicari nequeat de distributionibus communibus, a quotidianis,  
quarum Mans. Summus Pontifex ad unionem Prioratus fieri voluit.

Indequo Superfluum, ac propterea extraneas quaestiones remanere no-  
uerunt Praes. examini in antea his propositionibus assumptum, an  
aemp. d. Prioratus unidici debeat facta Mans. feriali, seu  
Massae dicatorum qz Cappellaniarum, quoniam cum suspens. contro-  
uersia in sua origine in eo consistat, an d. Prioratus unidicus cen-  
seatur Mans. communi Anniversariorum Presbyteralium, seu  
potius Mensae, seu Mans. Capitulari; Constat propterea ex  
deductis, quod ille unidicus sit Mans. ad Canonicos privatus  
Spectans, non autem alteri a Anniversariorum cum Beneficiarij  
communi, Locutique pro dicti originalis dubij de finitione Sufficiens  
est absque eo, quod opus sit extraneas ab Hypothesi quaestiones assu-  
mere cum Super illis valeant in omnem casum Beneficiarij  
in particulari, ac Separato iudicio eorum iura experiri.

Neque attendi promeruis obiectum Super nullitate pro-  
cedentium Sencentiarum nouiter in hac Audientia promissum,  
ea quae scilicet decisiones bon. mo. Ursini, et B. P. D. mei San-  
cettae specialiter firmant unionem intelligendam esse factam

Masse feziali, Sententia vero per ipsos prolata difformiter se  
 referant dictam unionem factam fuisse Massae Capitalari exclu-  
 sine quod ad Praeficiatos. Quia cum primordialis eius controversia  
 disputatio, ad dicimus habitam fuerit Superi eo, an Prioratus censere  
 finitus potius Massae Capitalari, quam alteri Anniversariorum, recte  
 ideo in Sententijs pronunciatum fuit unionem censeri factam Men-  
 sae Capitalari, absque eo, quod Masse fezialis ulla habitam fue-  
 rit mentio, nam cum ista in decisionibus incidenter fuerit enun-  
 ciata, ut scilicet Mensa Capitalaris, quae male interpretabatur tan-  
 quam corpus uniuersale, contradistingueretur sub specie Masse  
 fezialis, illius denominatio exinde sic incidenter in dictis decisioni-  
 bus habitam nullam ab illis Sententiarum discrepantiam causari  
 21. valet, ex qua pro illarum nullitate pronunciatum sit, cum ea  
 ad eundem effectum debeat esse valio, quae substantiam valeat alte-  
 rare ad firmata per Botam in dec. decis. 240. n. 5. par. 18. et  
 alibi passim.

Et ita utraque

Camerineni Redditionis Cationij  
 Ven. 23. Aprilis 1700.

### Argumentum

Ratio administrationij appaltus Macinatus, ex qui-  
 bus dicatur sufficienter reddita; sequomodo Suspensio  
 coli, ac gaudis in Administratore excludatur.

### Summarium

1. Peritiori de consensu Partium electo est plene defe-  
 rendum, maxime quando ab illius relatione non fuit appellatum.



2. Depositiō officialis de re ad propriū officium spectans ple-  
nè quodab.
3. Signanter quando veritas aliunde haberi non potest
4. Fraus tamquam sapiens delictum, et infamiam irrogans  
plenissime quodand est.
5. Oblivis potius, quam doli ex lapsu tempore in Negociatore  
presumendus est.
6. In ad duplicatione Personarum ad justificandam negativam  
consecratam excludi debet quilibet possibilis in contrarium  
tam in ordinò ad Locum, quam ad tempus.
7. Inverisimile est, quod quis sine ulla Lucu participatione,  
sed cum dispendio salutis aeternae, uoluerit in Tertij prae-  
iudicium ad falsitatem conspirare.
8. Inverisimilitudo excludit falsitatis, ad doli suspicionem
9. Liber Memoria ad differentiam aliorum Legalium nullam  
probationem facit.
10. Dolus non dicitur ex presumptionibus per possibile, sed  
solum ex illis, quae resultant ex facto positivo.
11. Quando questio est substantialiter in tempore, probatio cir-  
ca illud debet esse specificè non autem generalis et vaga.
12. Verba praeteriti temporis praesudicari non possunt in actu  
praesentaneo.
13. Argumenta ad doli combinationem debent esse legalia,  
et luce meridiana clauda.
14. Verba respicientia tempus futurum referri debent etiam  
ad actum impoterum faciendum.
15. Relatum inest in referente cum omnibus suis qualitatibus.
16. Mercatorum solent Summarie partitas in eorum libris  
describere.
17. Qualitas Administratorij multum operatur ad excludenda  
suspicionem fraudis.
18. Dolus excluditur ex circumstantia, quod potuerit facile  
detegi, et per longum tempus non fuerit detectus.
19. Inverisimile est, quod in unum diversae Personae

a d. committendam fraudem in onus praedictorum conspiraverint.

## Decisio CXCVIII.

Proposito per me usque, et sub die 20 Februarij Superioris anni in hac causa Dubio = An constaret de credito, et in qua summa, cum Carolus Cellius contenderet, quod Josephi rationem Tabellæ, Macinatuy Civitatis, et Status Camerini, et Semo Calidardæ, per ipsum tam sui, quam Julij Savini Officiariosum nomine Administratores, addere deberet, nempe ut dicitur à moneta, sed etiam ad computum bulletarum, quas ab Impresore tempore sua Administrationis receperat, dilata eiusdem dubij, a resolutione demandatum fuit, quod Nicolaus Vallus iam prius in Peritorem electus referret etiam super dictis bulletis, quamobrem Eodius relatione est, quod illes in actis Superventa Dubium praedictam proposui, quod negativè resolutum fuit.

Post remissa enim inspectione an redditio rationis faciendæ sit tantummodo ad computum monetarum, quæ, ad manus Josephi ex dicta Tabellæ deveniunt, quemadmodum per illius Defensores opponebatur, seu potius Brunellus teneatur illam facere ad computum bulletarum, prout Cellius acriter contendebat, utcumque sanè ea expleatur Dominis adhuc de antico credito constare nullatenus compertum fuit. Si enim illa faciendæ est, ut vulgò dicitur à moneta, cum utique concurrant tres Peritorum relationes onividei firmantes Brunellum nequaquam Rebitorem existere nulli dubium remanere potest, quod nulla hinc ori Superest valet actio, cum Peritis in Substantia concordantibus sit plene de ferendum, signanter quando ut in Hypothesi inter illos adest Peritor de Consensu Partium electus, à cuius relatione appellatum non fuit ad tradita Card. de Luc. de iudic. disc. 33. n. 28. et seqq. Nota. in recent. Decis. 294. n. 2. par. 1. Decis. 211. n. 2. et 3. par. 7. Decis. 324. n. 14. par. 12. et Decis. 217. n. 6. par. 19. Neutiquam Eodius refragante, quod eodem Peritor in

in suspensis reliquerit duodecim partibus constituentes scuto 1313.  
 illarumque decisionem iudicis Sacri, Cosas remiserit; Quia dum  
 Cellius agnita fortasse illarum insubritentia super ijs non insidit,  
 superfluum Domini existimarunt ad illarum particulare examen  
 descendere.

Si uero rationi creditis facienda est ad computum bulle-  
 tarum itidem remanet incompleto Brunellum in nichilo propterea  
 defitorem remanere. Ipse enim concludenter docet toto tempore  
 sua administratione accepisse a Josepho Piccino Impressore (Ca-  
 merali Maceraten). Solas risimas 108, et Quinternos tres cum  
 dimidiis dictarum bullestarum, idque clarissime ostendit tum ex  
 duobus folijs per ipsum productis, et ab eodem Impressore subscriptis,  
 tum ex Liberulo ab eodem exarato, et ab ipso Typografo in  
 qualibet partita pariter contrasignato, ubi adnotata reperiantur  
 omnes bulleste, quae ad illius manus pervenerunt, tum rursus ex  
 fide iurata ipsiusmet Impressoris, in qua expressè testatur maiorem  
 bullestarum quantitatem pro Servitio Dabellae Macinatay Cameri-  
 ni minime fuisse consignatam, cui tanquam prouenienti ab offi-  
 ciali, qui deponit super re ad propriam ministerium spectante  
 plena fides adhibenda uenit ad firmata per Cos. in recent. par.  
 19. decis. 118. m. 7. et in Sarpentoraten. Hereditatis 26.  
 Junij Superioris anni 8. ultra quod enim coram Ille; Praser-  
 tim quia ob circumstantiam, quod idem Piccinus esset illarum iudi-  
 catus Impressor, certè cuius negotij veritas aliunde haberi  
 non poterat, ut ponderat Lacian. de probat. lib. 24. m. 54.  
 fol. 103.

Quoposito cum à prearrata quantitate risimarum  
 108, et quinterorum vicum cum dimidiis deducendy, sint risi-  
 ma decem, et octo, quindecim nempe coloris rubei, quae gratis  
 distribuuntur Subappaltatoribus quorundam Locorum Status Ca-  
 merini, et aliae tres coloris nigri gratis pariter distribute in Serui-  
 tium Terrae Caldarola, super quarum detractione nulla esset inter  
 Partes controversia remanent ad onus Brunelli soly, risimay 90,  
 et Quinterni tres cum dimidiis, cumque ista calculatè ad ratio-

mem rubrorum frumenti in ijs contentorum constituant numerum  
rubrorum 139671. diesque rubra ad rationem juliorum trium, quae  
in vint dictae Zabelle, Macinatus pro quolibet exigebantur, consti-  
tuant Summam <sup>mi</sup> 21901. 30. iuxta relationem dicti Peritiorij  
fol. 6. in fin. ex his clare consequitur nil remanere ad creditum  
Celij Hectoris, cum Brunellus de eodidem exactam rationem red-  
dat, ut in Bestiis generali eius d Peritij fol. 24. et seq.

4. Absque eo quod Liberulus Impressoris, a quo fuerunt extra-  
cta partita in memoratis duobus folijs transcripser, dici va-  
leat collusivum, et fraudolentum ab eodem Piccio confictus.  
Cum etenim Fraus, ut potest Sapiens delictum, et infamiam ir-  
rogans plenis, ac concludentissimis probationibus iustificanda  
sit ad Sept. in l. Quoties §. Qui dolo ff. de probat. Con-  
cons. 178. n. 21. lib. 2. Mans. consult. 566. n. 2. et seq.  
Surd. decis. 222. n. 21. Nota coram Gregor. decio. 69. n. 1.  
et coram Cerr. decio. 38. n. 18. ea nequaquam resultare posse  
Dominio videtur ex Circumstantijs per Cellium pondera-  
tis. Illarum enim altera, quod in proemis eiusdem Libri Pic-  
cius adiecit verba per Douersi prestat piena feda a questo  
Libretto, et non al. mio, in cui Eo penetrato et senai diversi errori  
fatti dal mio Langue, che vi E. scritto piu, e diverse partite,  
quasi quod ex illis arideatur adhibita insolita, et non necessaria  
cautela, et, quod ex eund nulla ad huc inter Brunellum, et Cel-  
lium Lis insurrexerat, nullam collusionis spiciem proferre potest,  
quia cum errores fuerint recogniti in actu solidationis factae  
cum eodem Brunello, non utique affectata cautela dici valet  
errores in illos repositos faberi, neque insolita, ac extraordinaria  
asserenda esse inscriptio illa per Douersi prestat feda a questo  
Libretto, et non al. mio, cum ea necessario adiecta appareat, ut nisi-  
de, ac sine confusione consideret numerus bulletarum, quae ad  
Brunelli manus revera pervenerant, et de quibus ipse Typographus  
debito remanere potest.

Quoddam ponderis resultat secunda ex eo elicta, quod idem  
Piccio

Picinus aequo tempore anno 1685, ut traderet nosulam bullettaz  
 consignatarum Baunello, illam exhibuerit omnino conformem  
 cum libro negotij nulla facta mentione errorum, minusque pre-  
 fatis Liberculi, et si per triennium antea exarati; Nam cum Viri  
 amida negotiorum mole darenti, novita de facili anse ac re  
 solvant recordari, line proinde in hoc temporis lapsu obliuio potius  
 5. quam dolus in Picino Negotiatore presumenda venit ad Text. in  
 L. penult. ubi Bald. C. de ed. is, quod in Desc. Lib. ad scrib. Reynald.  
 Corras. de indag. jur. Lib. 1. Cap. 27. n. 15. inser tract. magn. tom. 7.

Nei magis concludit casia desumpta ex presupposita im-  
 possibilitate, quod Baunellus die 15 Martij 1682, quo ab Im-  
 presore memoratus Liberculus confectus fuit, moraretur Maer-  
 rato, quando in libro Maerato Legitur Distributio bullettaz  
 per ipsum eadem die, alijsque sequentibus facta in Civitate Ca-  
 merini. Quoniam in dicti Maerato administratione idem  
 Baunellus selegerat in Iuvenem quendam Lambertaccium, qui  
 in dicta administrationis initio donec disceret modum describendi  
 bullettas in libro negotij eas omnes, que in absentia Baunelli legitas  
 bantur, describebat in folio particulari, ut ille postmodum ad nego-  
 tium reversus eas sub eisdem diebus, quibus fuerunt distributae in  
 dictis libro proprio caractere addideret, Ideoque nullatenus in  
 facto verificatur asserta impossibilitas, quod die 15 Martij 1682.  
 assisteret extractioni partitarum Maerato, et in libro dicti ne-  
 gotij eius caractere legatur additata distributio bullettaz sub  
 6. eadem die facta in Civitate Camerini, cum tamen in hac preson-  
 sa ad duplicationem personarum ad iustificandam negativam coarctat-  
 ram necessarium sit excludere quaecumque aliam possibilitate-  
 rem in contrarium tam in ordine ad locum quam in ordine ad tem-  
 pus ea deductis per Bartol. in L. fin. C. de reb. credit. Card.  
 de Luc. de judic. disc. 32. n. 65. Bossa coram. Coccei. decis.  
 930. n. 5. et in eec. decis. 29. n. 70, et 72. par. 7.

Maioris insubstantentis, est quarta circumstantia, quod  
 nempe a die 9.bris 1680. usque ad diem 14. Januarij 1682.  
 Picinus transmisit Baunello per constanti maiorem bullettaram

quantitatem quam illa in eodem Liberculo descripsit; Quippe quia id in facto nullatenus aegit, ut inferius apparebit exami-  
nando partitas, quas Cellius concessit fuisse ulterrimam contanti  
per Brunellum perceptas.

Similiter demum attendi neutquam promeruerunt quinta,  
et Sexta. Nam quinta deducta ex inscriptione Sanctissimi Nominis  
I. M. I., quo folius erat uti Brunellus in principio librorum, non  
concludit prefatum Liberculum ad ipsius dictam in fine confectum, cum  
impossibile non sit, quod etiam Picinus eque pariter Catholicus in illius  
fronte dictum Sanctissimum Nomen sua sponte inuenerit; Sexta  
vero elicitur ea confusa annotatione bulletarum sine specificatione  
dierum, sub quibus fuerunt distributae nec fraudis quoque ac doli  
probationem constituit, quoniam id actum fuit ad parcendum solliciti-  
tati, ac inutili temporum repetitioni, cum pro computorum solidatione  
conficienda, non solum temporis distinctione, sed super numeris, et  
qualitate bulletarum, quae in rei ueritate fuerunt Brunello confi-  
gnatae, foret indagandum.

7. Discipulante praesertim in exclusione cuiuslibet praesense  
collusionis, ac fraudis nota integritate, ac legalitate dicti Picini  
Impressoris, qui ne dum perpetua optimi Nominis fama illibata semper  
gettis, sed uolens rursus propriam pietatis exemplum ostendere, omnia  
eius bona ad huc uiuens Patribus Missionarijs donauit, in quibus ser-  
minis cum inuenis simile prosum sit, quod ipse sine ulla Luri parti-  
cipatione, quinimo cum dispendio Salutis aeternae quam sibi studue-  
rat totis uiribus comparare, uoluerit malitiose, ac in Tertij prauidicium
8. ad amentam falsitatem conspirare, hae eadem inuenis similitudo remouet  
uet quameumque falsitatis ac doli Suspicionem, cum illa in materia  
probationum multum oportet ad firmata per B. P. meum Ansal-  
de commerc. et Mercat. disc. si. n. 20. Botta coram B. P. deis.  
556. n. 20. et in acc. par. 4. tom. 2. deis. 14. n. 81. et deis. 259. n. 14.

Volunt nil a se ferri, quod ex priori Libro Typographiae appareat  
maiorum bulletarum quantitatem ad Brunellum peruenire, cum  
etenim, ut fuit superius praemissum ipse motus Typographus fa-  
ceatur dictum Librum pluribus etis erroribus a se ferri, et  
des

9. idem nullatenus quoad bullettaram numerum fore attendendum,  
 nulla utique fides eidem venis adhibenda; addito. Signanter,  
 quod ille in omni sui parte est informis, et unico confectus pro  
 simplici memoria, unde ad differentiam aliorum Librorum  
 mercantilium, et Legalium nequit de iure contra sententiam probatio-  
 nem facere iuxta sensum Bald. in rubric. C. de fid. Instrum.  
 Jas. in l. admonendi n. 8. vers. Quinto Limita ff. de iure iur. Hon-  
 ved. cons. 39. n. 53, et seqq. Lib. 2. C. D. meus Ansaldo. de  
 commerc. et mercatur. disc. gener. n. 156. et seqq. Rota Januen.  
 decis. 2. n. 57. Gratian. decis. March. 37. n. 3. Latè Cab. in  
 addit. ad Rot. decis. 345. n. 130. par. 9. et Rota ipsa decis. 16.  
 n. 37. par. 19. recent.

Pariformiter meo Substituto, quod Baunellus propter me-  
 moratas vitimas 108. et Quintenas 3. cum dimidiis reddere de-  
 beat rationem de alijs tribus partitis bullettaram, quas ad su-  
 debitum non descripsit. Prima siquidem vitimarum quinque,  
 quas contenditur d. Baunellum habuisse aliando, quam ex Cy-  
 prographia Maceratensi est, quod nonnullas bullettas in eius Libro  
 legantur distributæ, sub diebus 8. et 9. Aprilis 1680. Franciscus  
 et Venantius de Baronibus de Borgiano, à Venantio Fonta-  
 na de Plebe Bouelliana, quando Impretor Maceratae, non-  
 nisi sub die 9. eiusdem Mensis primam bullettaram in prestio-  
 nem in quodam eius Libro adnotavit, deficiit tam in quantitate,  
 quam in Substantia. Et quidem in quantitate, quia nullibi  
 constat Baunellum d. vitimas quinque distribuisse, sed solummo-  
 do illarum numerus elicitur ex quadam æmuloissima notabilitate,  
 eo, quod d. bullettas in exigua quantitate expitatas quinque diversarum  
 mensurarum in eisdem Libro descriptis, quod sane non sufficit  
 10. ad statuendum illarum numerum, potissimum ad effectum arguendi  
 dolum, qui non inducitur ex coniecturis, et presumptionibus per-  
 possibile, sed solum ex illis, quæ a resultant ex factis positivis  
 Cyriac. controu. 489. n. 13. Rot. coram Pariol. decis. 20. n. 4.  
 et in Bonarum Multiplicorum 4. July 1698. Non resistente  
 coram Ceu<sup>m</sup>. D. med. Decano.

Deficit rursus in Substantia, quoniam ultra quod dictus Liber, à quo defensores Cellij conantur deducere dictam primam impressionem, est pariter informis, nec docetur à Piccio, minusque ab illius Juvenibus exaratus, ad huc transeundo cum Supposito, quod ille sit undique Legalis, et formis sensus, nec tamen illo cum a sumptum verificatur, quia nulla in eo fit mentio, quod sub dicta die 9. Xbris 1680. facta fuerit <sup>ma</sup> Bullectarum impressio. Sed inibi solum adnotatur sub eadem die Salarium d. Juvenibus debitum pro impressione novem risinarum; Hoc autem non concludit illas fuisse sub eadem die 9. Xbris impressas, cum mentio adnotatio prae-supponat impressionem fuisse precedentem expletam, et cum in omnem casum pernecessè non excludat, quod Salarium potuerit additari, etiam post factam Bullectarum impressionem, ut solet per sepe contingere. Id etiam Sufficit, ut eadem impressio minime valeat ad periclitatam diem coartari, quia quando oppositio, prout hic erit et Substantialiter in tempore, probatio circa illud requiritur Specifica, et necessaria, non autem Sufficiens generalis, et vaga ad Sept. in cap. in presentia de probat. Cota coram Mansic. decis. 95. n. 3. coram Cels. d. 19. n. 2. et decis. 155. n. 24, et coram San. me. Alexandr. 8. decis. 106. n. 7, et in dec. decis. 21. n. 10. p. 17, et decis. 194. n. 37. p. 18.

Haud relevante, quod Impressor in primordio sup altus non transmissit Baunello Bullectas (menour, Scortiorum trium), et tamen ipse eisdem qualitatis nonnullas distribuerit. Nam, et si praefata distributio sit vera, obiectum tamen ad eliciendam Bullectarum acquisitionem aliunde, quam à Typographia Macerata, non aegit, quia Minister si qua occasione aliquis molituram Scortiorum suum facere cupiebat, nequens instantia annuere cum pagellis istius mensuras, ex quo in eadem Typographia Eiusce qualitatis non imprimebantur, utebatur duabus Bullectis, altera nempe unius Scortij, et altera duorum insimul constituentibus expositam quantitatem Scortiorum trium, quod quidem, cum fuerit expletum cum Bullectis istarum mensurarum ab Impressore Maceratae proveniendibus,  
 inde



inde ex eius adeo decantata distributione nullas erui potest suspicio,  
quod Bulleae aliunde fuerunt acquisite.

2<sup>a</sup> uero partita cisimarum 9, quae dicuntur Brunello transmissae  
per constanti sub die 9. Dec. 1690, nec pariter ad illius debitum descri-  
benda est quandoquidem illa jam comprehensa est sub numero cisimarum 90.  
et quintenorum 3. cum dimidio de quibus rationem reddidit, prout  
constat ex eadem qualitate mensurarum, et ex eisdem bulleatarum nu-  
mero, et quantitate descriptis in memoratis folijs Computorum, et in  
se predicta deputatione iurata Piccini Impensis, nec contrarium deducit  
vales ex Epistolis responsiuis eiusdem Piccini, quatenus in illis aspera-  
tur de dictis cisimis nouem, ut potest per constanti expeditis, nullo  
tam fine in Libris Typographicis et Formatarum partitam, - Haec esse  
nimis arctis apparet eandem modo praesumere, quod ille minimè fau-  
orit ad debitum Brunelli, seu Afficiuariorum in Libris descri-  
pta, non autem importare valet, quod absolute, et omnimodè in illis  
omnino fuerint, cum in rei veritate in Libereulis Manualium  
Impressoris reperiantur adnotato posterito Summaris Cellij (N<sup>o</sup> 14).  
Vnde propterea ex his non excluditur, quod Picinus in dictis folijs  
formando Calculum omnium bulleatarum, quae ad Brunellum fue-  
rant transmissae, valuerit etiam dictas nouem cisimas compren-  
dere.

Et ex eadem ratione nec ad Debitum Brunelli ponenda  
est sexta partita cisimarum 17, quae ipsi asperitur in constanti  
transmissa ex quadam recepta<sup>ca</sup> 17, quod idem Brunellus in cau-  
sam bulleatarum Impessori persoluit. Quoniam soluti d'ictorum  
17, ut potest comprehensa in quantitate Num<sup>o</sup> 108. pro omnibus  
bulleis ad ipsam transmissis Picino Solutorum, ne utique osen-  
dere potest maiorem cisimarum quantitate ad dictum Bru-  
nellum peruenire, quam relatum numerum cisimarum 108. ut in  
facto recognouit Peritor in eius ultima relatione fol. 15. et  
resultas etiam ex Lectura eiusdem receptae, quae cum pisse fo-  
ras Solutionem factam fuisse per sanctos Bollette mandatae  
del Macinasso, bene datur intelligi, quod eadem soluti non impon

12. scabat nouam bulletarum consignationem, sed cadebat in satisfacionem illarum, quae praecedenter fuerant transmissae, quaeque in praesentia calculo vicinarum 208. reperiuntur comprehensa, cum uerbis illa per sanctae bollette mandata egli tanquam praesentis temporis predicari non possint. De actu praesentiae ex traditis per loc. in dec. decis. 246. sub n. 5 par. 3. et coram Cerr. decis. 478. n. 1.

Verificato igitur in hac partitarum discussione, quod bulletta ad Brunelli manus in quantitate vicinarum 208. et quinterndorum trium cum dimidio, et non ultra peruenierint, quodque ab istis deductis vicinis 15. coloris rubri, aliisque tribus coloris nigri per Cellium minimè controuersis, dicta bulletta in sola quantitate vicinarum 90. et quinterndorum trium cum dimidio penes eundem Brunellium remanserint, perperam ad arguendum maiorem illarum numerum fuisse transmissum, et ab ipso Successiuè distributum recurrebatur ad numerum Animarum degentium in Ciuitate, et Statu Camerini, inde inferendo, quod quemadmodum illae numerantur in quantitate 31688. ut depraedendi dicebatur ex fide Cancellarie Episcopalis d. pag. Summ. Cellij n. 25. ita multiplicato eodem numero pro annis quatuor mensibus decem, et diebus 16. quibus appaltum Brunellus administrauit, ad rationem unius rubri, et octauis alterius pro annis octo cuiuslibet personae, frumentum molisam ascendere debet ad rubra 174086. sicque ad longè maiorem quantitatem, quam d. rubra 139671. quae constituuntur à vicinis bullettarum 90. et quinterndis tribus cum dimidio.

Quandoquidem quidquid sit de memorato Animarum Statu, contra quem tamen militant fidei Batorum B. C. A. in Ciuitate, et Statu Camerini illum adducendo ad solam quantitatem Animarum 21755. ut in praesenti Summaris Brunelli n. 14. Hoc unum est certum, quod illo etiam in eodem numero admisso, argumentum ex eo elictum nec prorsus conferre potest ad incertum. Cum siquidem à Statu praedicto demenda sit portio frumenti Sabito respectu tam ad Infantes Laetates, qui, et si non comedant reseruantur tamen in numero Animalium, quam ad pauperes rusticos, qui aut panem triticum non edunt, aut per plures anni menses pro

quo eorum operibus Locandis exulant à Patria, eamque cursus reparati-  
 ois frumenti in quolibet anno ad necessariam manutentionem unius-  
 cuiusque personæ, reducenda sit ad unicum rubrum, cum ad hanc par-  
 tionem regulari soleat reparatio, que Eadem Verbo fit ab Annona,  
 ut sensatur illius Commensarius d. presentis Summaris Baunelli n. 18.  
 ex his proinde anequimur, quod vel presuppositus animarum numerus  
 correspondet memorate quantitati rubrorum 13671. De quibus Eodem  
 Baunellus rationem reddit, vel negari saltem non potest, quod Eadem  
 illatio tanquam incerta, et dependens ab innumeris equivociis in hypo-  
 23. thesi sit rejicienda, cum argumenta, et coniectura ad solam combinatio-  
 nem debeant esse legales, et luce meridiana clariore Bot. coram  
 Cavaler. decis. 89. n. 21, et in rec. decis. 26. n. 22, et seq. par. 5.  
 et decis. 325. n. 3. par. 9.

Magisque inutiliter ad convincendum dictum maiorem  
 bulletarum numerum recurrebat. Ad assertam confessionem ipsius  
 Baunelli ex eo deducam, quod cum ipse in libris negotij adnotaverit  
 ait se in pluribus vicibus in causam bulletarum soluisse Picino  
 ad totam diem 19. Januarij 1684. et 108. 90., que æquivalent vicinis  
 108., et quinteris 18., et postmodum fateatur à die 2. Augusti  
 eiusdem anni usque ad totam diem primam Augusti 1685. fuisse  
 sibi transmissas alias vicinas 28., et Quinteros septem, inde resultat  
 in totum vicinas 136. ad illius manus pervenisse. Equivoce enim  
 solli visum est ex potestate recepta dictarum solutionum exarata  
 ab eodem Picino subprestita die 19. Januarij 1684. Dum illa non  
 restringit solutionem ad bulletas usque ad diem illam transmissas,  
 sed exprimit eas per bulletas consegnare, et ad consegnari, ut dicitur  
 in d. ultima Decretum Nicolai Galli fol. 7. in fine, et liquet  
 ex ipsa recepta, de qua in d. presentis Summ. Baunelli n. 8., que  
 verba dubio procul comprehendunt etiam bulletarum transmissas.  
 24. nes ex post completam, cum tanquam recipientia semper futurum  
 referri debeant etiam ad bulletas impotiborum consignandas ad tradi-  
 tum per Bot. coram Cels. decis. 197. n. 2., et in rec. decis. 263. n. 9.  
 par. 7.

Nec est cur dicta recepta ex facto etiamdem Baunelli, et Picini

ni de falsitate adargui valeas. Non inquam ex facto Baunelli  
 eo, quod in descriptione istius solutionis per ipsum facta in eius libris  
 pretermiseris verbarilla per bollette consegnate, et da consegnarsi, que  
 tanquam sibi proficua verisimiliter non fuerint per ipsum omittenda.  
 Quia cum in dicta descriptione relative serbaberis ad eam acceptam  
 ibi Comperaceuuta del medemo, utique eadem verba censi debent  
 15. in d. pariter literaliter expressa ex aequo, quod relatum in eisdem  
 referentia cum omnibus suis qualitatibus ad Sept. in L. an. Prator §.  
 si. Iudex ff. de re iudic. Decius cony. 63. n. 6. Nota coram Poid. Decij.  
 396. n. 3. et in dec. par. 24. decis. 570. n. 63. et par. 18. decis. 235.  
 num. 3. Minusque de falso adargui potest ex facto Piccini  
 subpretextu, quod ipse pariter in libro Typographia cuiusmodi quali-  
 Non quidem, quod H. minime potuerit mandatum relaxare pro  
 sorte eiusdem census qui est de sui natura irrepitibilis. Quo-  
 niam dicti mandati relaxatio respicit tantummodo effectum de-  
 ponendi sortem, donec sit prestita fideiussio promissa a Carolo Dale-  
 cio principali Census Impostione, non obstante, quod in illo id non  
 Legatur expressum, quia cum instrumentum in actis productum eius  
 obligationem reuera in se continens, id sufficit, ut censeatur  
 3. Iudicem iuxta illorum tenorem processisse, et ut mandatum  
 secundum Iuris dispositionem subsineatur ad firmam per Rob.  
 coram Cerro d. 46. n. 5, et in Romana Dotis super restitutione, quod  
 reuocata 9. Junij 1694. d. quod enim attinet coram B. L. D. meo Ma-  
 60-

Minusque relevat obiectum, quod ob distractionem fundi  
 censui scienter, et citato Comite Ferdinando seu am in Cong.  
 Baro:

Baronum de anno 1692. Censu ex fundi deficiencia remanserit  
 in fructiferus. Cum namque ad hunc effectum requireretur, quod  
 Adiudicarij deponerent sortem principalem cum fructibus, et credi-  
 torem interpellarent ad accipiendum, iuxta praxim in Curia consisti-  
 mam, utique cum D. de Justinianis in utroque defecimus, quia  
 nec depositarunt pecuniam, nec Comitem Capizucelium tunc  
 temporis creditorem interpellarunt, sola vendita fundi per di-  
 ctam Congregationem expleta nequit exinctionem census ope-  
 rari, cum ad illam inducendam creditor ex diebus duabus actibus  
 necessariis promittendis, poni debeat in Libera, et facultate repo-  
 nendi sortem, ut de stylo Romano Curie, ac eiusdem Congreg.  
 tradit Card. de Luca de fruct. ad Bull. Baron. disc. 81. n. 6.  
 utque ad 9, et generaliter firmat Bona in Romana census 3.  
 May 1692. S. attamen coram B. P. meo Pis.

Neque urget denique quod ab anno 1669. usque ad annum  
 1606. superuixerit Petrus Alphonus fundi centum pro se pro,  
 qui potius fructus census persoluit; Nam solutio, quae tamquam  
 quid facti deberet plene, ac concludentissime probari ad sept.  
 in L. quingenta ff. de prob. Palm. nep alleg. 69. n. 1. S. Conciol.  
 alleg. 8. n. 5. et seqq. Bona coram Cerro decis. 412. n. 8. exclusas pe-  
 manet ex Instram. exhibito in preterito Summ. n. 3. ; Cum  
 enim ab eo resultet, quod de anno 1678. Capizucelius exequi  
 fecit mandata contra Carolam Duleiam, et M. Petrum Al-  
 phonsum relata super censu animalibus in Castro Corberis,  
 quodque ad evitandas ulterius exactiones Comes Ferdinandus  
 dux promissis uti principalis, et insolidum fructus d. An fus decur-  
 sos, et decurrendos persolvere, prout ex post ad eundem Capizucelium  
 diu instantiam fuerunt contra ipsum relata mandata d.  
 Summario n. 4. et disactivis patet dictorum fructuum solutio-  
 nem non a preterito Petro Alphonso. Sed a Comite Ferdinando  
 fuine expletam. Hoc rursus ad euidensiam comprobante fu-  
 penus relata confessione Comitis Capizucelii, quae, etsi emissa fuerit  
 a Procuratore speciale mandatum non habente, cum tamen om-  
 nia per ipsum gesta fuerint ab eodem Comite expressis ratificata,  
 censei debet acti ad ipsos fuinet emina iuxta sept. in cap. na-  
 tidivisionem de req. jur. Borden. colluct. Legel. 19. n. 22.

tom. 1. cum alijs in Hiscalana Dotis 25. Junij 1700. S. finali  
coram Me.

Decisa Comite Ferdinando tantum informante resoluta fuit.

Romanae Secretariatus Apostolici

Ven. 14. Januarij 1701.

## Argumentum

Venditor non solum tenetur Emptori evictionem prestare,  
sed illum etiam liberare a molestijs siue iustis, siue  
iniustis, nec valet se excipere eo, quod Emptor non ignoraverit  
aut qualitate rei venditae, nisi ostendat illius scientiam  
certam, et in specie, quodque ipse eandem aut qualitatem  
expresserit.

## Summarium

1. Res iudicata vincitur ex omni appellatione intra decennium.
2. Restitutio in integrum non datur non consistit de lesione.
3. Cessionarius alicuius Hereditatis acquirit illius jura tam  
activa, quam passiva.
4. Inanes circuitus semper evitandi sunt.
5. Venditor non solum tenetur de evictione adversus Emptorem  
spoliatum.
6. Sed etiam illum a quacumque molestia liberare.
7. Emptor sciens rem iudicatam venditam alicui periculo ob-  
noxiam non potest agere de evictione nisi si per speciale  
pactum precaverit.
8. Declaratur scientia debet esse certa, et in specie, cum  
non sufficiat in genere, nec quod Emptor valuerit de quali-  
tate rei dubitare, et n. 11.
9. Secretariatus Apostolici erant officia libera, et tran-  
sitoria ad quoscumque.
10. Venditor nisi exprimat qualitatem rei venditae, tenetur  
semper de evictione.
11. Ut effectum liberationis a molestijs sufficiat Emptori illas  
ostendere adque eo, quod tenentur de illarum iustitia docere.

Decisio



Respondent DD. constare de eo iudicata, non autem  
 de causis reiterationis in integram; Cum etenim a Sententia. Cmi  
 D. mei Decani nulla fuerit per Dnam Principem Barberinam  
 2. intra Decennium interposita appellatio, nulli dubium est, quin  
 causa in iudicatum transierit et deductis per Cos. coram  
 Bich. Decis. 547. m. 3. coram Cels. Decis. 262. m. 7. et coram Corr.  
 Decis. 547. m. 3. mo, nec locus est in integram restitutioni, cum ob  
 dictam Sententiam ualidas em, et iustitiam retinet quolibet lapsis  
 2. sine qua petita restitutio non datur ad Sept. in l. unica ff.  
 nec Lic. pers. proude. Cota Decis. 293. m. 2. par. 18. accens. et in  
 Romana fideicommissi Mutij de Bubalo 18. Junij 1697. S. quan.  
 ad idem coram Me.

Quia ualidas ex resolutione actorum emergens impugnar:  
 valeat et defectu qualitat. Expediaria clar. me. Card. Fran.  
 Barberini in persona memorati D. Principis, ex quo in illius testa:  
 mento Legatus instituitur Episcopus Moniales s. Mariae Providentis,  
 Terrae Phaz. Quia cum dictos Moniales successiuo per vicam  
 eandem transactionis ceperint, et relaxauerint eidem Principi:  
 iud. administrationis totiusque fideicommissi, ipsi dumtaxat reuer:  
 uata annua prestatione cum 1800. pro manutentione Monasterij  
 Summaris m. 8. inde consequitur acti fuisse aduersus illum tam:  
 3. quam Expedem pronunciatum, tam quia per dictam ceptionem omnia  
 iura Expediatis tam activa, quam passiva in ipsum Principem di:  
 cuntur translata ad tradita per Surd. cont. 22. m. 16. et seqq.  
 B.P.D. Andalo. de commerc. es mere. dic. 40. m. 27. Cota Decis. 187.  
 m. 10. 12. et seqq. post Reced. de oblig. Camer. tam etiam quia si  
 iudicium fuit aduersus Moniales antedictas promissum, ipse  
 statim vigore precibus, concordie, habuissent regressum contra D.  
 Principem, uti possessorem omnium bonorum Expediariarum pro  
 Liberatione a molestijs, inde bene potuit Julius Cesar ad ea  
 4. viagere aduersus dictum Principem ad euicandos inanes cir:  
 cuitus, quos semper remouendos esse firmat Cos. in Puscilana  
 fideicom. l. 1. m. 1. 1687. S. fin. coram clar. me. Card. Caecia,  
 et 23. Junij, 1698. S. eundem coram B.P.D. meo Lancera.

- Iustitia uero nec ualuit in dubium reuocari, ut potè luculenter  
 emicans ex eo, quod secus suppressione Secretariatus. De quo agitur  
 cum nullum fuerit à Bev. Camera Ap<sup>ca</sup>. restitutum pretium  
 S. *Fr. Pamphilio*, ac Capitalis S. *Justitij* illius ultimi possessoribus, ex  
 quo clar. meo Card. *Francisco Barberino* fuerat originaliter titulo  
*Lueratius* acquisitus, utique eodem modo, quo memorati *Princeps Pam-*  
*philius*, et *Capitalum* pro eisdem pretij. refusione actione direxerunt  
 contra *Impeditatem Francisci Votalare*, qui in illo Secretariatus di-  
 straxerat, ualeo *Julius Cesar* illius *Espre* pro liberatione à molestijs  
 agere aduersus *Impeditatem* prefati *Cardinalis*, qui illum titulo oneroso  
 eidem *Francisco* assignauerat, ex regula, quod venditor non solum  
 tenetur de eiectione aduersus *Impeditatem* spoliatum ad *Leg. in L.*  
 non dubitatur C. *de eicco*. quem in casu prefato expendunt *B. D. D.*  
 meus *Ansaldo*. *de commert.* et *mercator*. disc. 60. n. 24. Nota in  
 alia *Romana Secretariatus Apostolici* 6. *Aprilis* 1693. S. Cum enim  
 coram *bo. meo Benincasa*, et *co. Junij* 1696. S. *De* enim coram *B. D. D.*  
 6. meo *Caprara*, sed rursus illum à quacumque molestia liberare, ac de-  
 fendere ex adductis *Bo. in decis*. 572. n. 3. et seq. par. 18. *de*.  
 cum alijs in *decisione* huius Cause edita coram *Bo. D. meo* *Deano*  
 3. *Februarij* Superioris anni S. *Quamobrem*.  
 Nec refragatur, quod *Francisco* innotesceret possibili-  
 tas suppressionis istius Collegij Secretariatum tamquam pendentiã  
 voluntate Pontificis, ideoque cum minime sibi per speciale pactum  
 preauerit, nequeat illius *Espre* contra *Impeditatem* *Cardinalis* agere  
 pro liberatione à molestijs, cum eius *Hudon* id totum impetrandu  
 sit ad *Leg. in L. unica* C. *de impo. luerat*. *descrip. lib. 10.*  
 8. cum quia in hac materia mei *Scientia* in genere, nec quod *Impo. va-*  
*luerit* de qualitate rei dubitare suffragari ualeo assignanti  
 quominus teneatur de eiectione respectu restitutionis simplicis  
 pretij, ut respondendo obiecto tradit *B. D. D. meus Ansaldo* in d.  
*disc. 60. n. 38*. Nam etiam quia *Franciscus* probabiliter crede-  
 re potuit contra sine super eo omnino libera, dum ex dispositione  
 Summi Pontificis *Innocentij VIII.* in eius *Constitutione* impetrata in  
 9. *Bullar. nou. romo* 1. *consort.* 20. *Quo* officia sunt libera, ac  
 transitoria ad quocumque, et induunt naturam aliorum *Contra-*  
*ctuum* ut ex verbis eiusdem *Bulle* precedentè animaduertis *Art.*  
*in d. Romana Secretariatus Apostolici* 6. *Aprilis* 1693. S. *P.*  
 quia

- quia coram bon. me. Benincasa; Cum demum quia cum in  
 10. actu resignationis non fuerit satisfacta qualitas possessionis istius  
 Secretariatus, quod videlicet ille à Cardinali detineretur ex causa  
 Donationis, proinde quod ob id Benignarius nequiverit melius de  
 implicatione propria pecunie, consulere, neque sane resignans sed  
 illius Episcopi sub precepto prohibitis suppressionis effectum ejectionis  
 evadere, ut prosequitur idem B. P. meus Ansaldo. dies. disc. 60. n.  
 36. et 38. vers. et ob id, et firmat Bossavin Romana Pecuniaria  
 7a. Junij 1696. S. minus elevat coram cl. me. Card. Maurizio, ad  
 12. namque acquiritur, quod Franciscus expressè seivenerit se nulliter con-  
 orare, ut eius Episcopi opponi valeat, quod illius Auditor sciens  
 cuiusmodi periculum, illique se exponere ad lens ejectionis benefi-  
 cium amiserit, ut eidem fieri verbis respondit Bossavin d. Rom.  
 Secretarius Apostolici Julij 1693. S. finali coram bon. me.  
 Benincasa.

- Postulante etiam pro Coronide, quod dum molestiae Julii  
 Cesari de facto illatae sunt cum geminis sententijs condemnato-  
 rijs, de quibus in d. Summ. n. 5. utique h. D. Princeps conven-  
 dit incompetenciam ejectionis sustinere, senesq. in se licentia stu-  
 mere cum D. Principe Pamplili, et Capitulo S. Cistercijs; Sed in te-  
 12. rim nequis à liberatione dictarum molestiarum se eximere, cu-  
 Empiori ad hunc effectum sufficiat illarum existentiam osten-  
 dere, atque eo, quod senatur docere, an ille sint iustae, vel iniustae,  
 ut firmat Bossa coram San. me. Alex. 8. Decis. 74. n. 2. et  
 in decisione cuius causa coram Beu. me. D. meo Decano 8. ad cuius.

Quia

Quibina Pecuniaria

Veneris 21. Januarij 1701.

Argumentum

satis deducitur ex Summaris

Summarium

1. Calculus in actis productus non potest amplius q. Partem  
 producentem impugnari.
2. Referens sine relato non attenditur.

3. Solutio excluditur ubi illam allegans se debitorem declarauit.  
 Vel continuauit Soluere fructus n<sup>o</sup> 5.  
 4. Calculi erronei non possunt per formam Solidationis imponere.  
 6. Cedens censum, et postea illum reuocando tenetur Soluere  
 fructus Censuaris loco damnorum, et interesse.  
 7. Accollans censum tenetur illius fructus Soluere, illosque non so-  
 lutos Debitori principali restituere.

## Decisio C. C. XXVI.

Frater de Ugolinis, occasione Matrimonij, Anno 1637.  
 contracti inter Horatium de Fonte, et Magdalenam eius soror-  
 em in Caasam Dotis Soluere promiserunt eidem Horatio Scuta  
 bismille, iuxta alia quingenta eodem tempore exbersata; Pro satis-  
 factione tamen dicta quantitatibus, eiusque fructuum usque ad  
 Annum 1638. decursorum, Anno 1641. amicitia bene conuene-  
 runt insolutum tradere cum Pacto Redimendi in frai Decennium  
 quoddam Pradium in vocabulo S. Laurentij, de Borano proscutij  
 1500., necnon geminos Census Cedere, alterum nempe Scutorum  
 biscentum contra Angelum Casettum, et alterum Scutorum Decen-  
 tum debitum à Federico, alijsque de Zelonijs, et reliquatam in  
 Pecunia numerata persoluere; Cum autem Curiamdi Conuentio  
 effectum sortita non fuerit, nisi quoad dictum Pradium S. Laurentij  
 de Borano, et Centum <sup>ru</sup> 200. Idcirco promiserunt Cedere alium  
 Censum Similij Summe, alterumque in Ter accollare, in sorte <sup>ru</sup>  
 500. quo Horatius grauatus reperiebatur fauore Antiochis Bis-  
 cacciansis. Quia uero ista Promissio, neque fuit adimpleta, cum  
 prior Censu ab eisdem de Ugolinis ad eorum commodum fuerit  
 reuocandus, et pro secundis ab Anno 1662. fructus amplius so-  
 luti non fuerint; Propterea Scipio, et Rolytus à Fonte dictorum  
 Horatij, et Magdalens, filij, iudicialiter insteterunt pro con-  
 catione eorum Crediti Quocirca R. P. D. meus Lancetta alias  
 Ab. Locum tenens mandatum relaxauit proscatis 800. debitorij pro  
 sorte, et fructibus dictis, Dotis una cum fructibus Censuum Censuarum  
 Anno 1641. decursis, et non solutis, remanentibus tamen istis  
 Censibus ad commodum dictorum de Ugolinis cum fructibus tam de-  
 cursis

curtis, quam occurrentis; Adversus quod obtenta per Sebastianum, aliosque de Ugolinis causas Commissionem Iudex Secundus instantis, illud exequi mandavit. Cumque ulterius in suspensius midi fuerit causa delegata Dubitavi in Rodiana Audiencia. An esset procedendum ad Legitimam & equitatem dicti mandati = et affirmatiue Dni responderunt.

1. Illius etenim Iustitia, contra quam Informantes pro Ugolinis unice insistebant, a respectu Scutorum & 00. actualium sortis, et fructuum in Instrumento dotali promissum ex eo apparuit, quia doctum non fuit de eorum solutione, quinimò ea remanere exclusas inspecto calculo decerto ex quadam minuta ab Horatio confecta, quae cam fuerit ab ipso, meo Ugolinis alias producta coram H. Contra eos plene probat, nec uales amplius impugnari, Bota dec. 285. n. 124. coram Duran decis. 110. n. 23. coram Arguell decis. 402. n. 5. decis. 556. n. 4. et decis. 585. n. 2. coram Pinedo dec. 565. n. 7. coram Cerro, et decis. 143. coram San. me. Alex. VIII.

Atque eo, quod predicta satisfactis probata dici valeat ex quodam folio per Horatium subscripto, ubi se Debitorem potius, quam Creditorem asseruit = ibi = Li. Conti. del sig. Abb., nequali apparere il mihi debito non li. controuerso.

2. Cum quia, ut patet ex recensitis verbis, folium predictum relationem habet ad Computa, de quibus in presentia non constat, et prouidei tamquam referens sine relato, nullatenus uenit attendendum. Eratian. Discept. forens. cap. 729. n. 2. Bota coram Duran. Jun. decis. 405. n. 5. et seqq., et in Romana Censura 27. Januarij 1698. S. Cum quia coram Me. Equamuis per Ugolinos fuerint exhibita quaedam Computa; Ita tamen non sunt illam, quae in folio enunciatas fuerunt; quippe quia continentur Partitas annorum 1655., 1657. et 1658. ad quas laud poveras folium referri tanquam exaratum Anno 1652; prout stante defectu Dato, conuincitur ex eo, quod ibi enunciatum Lapsus Duodecim Annorum a die assignationis diei S. Laurentij de Boran factus, ut promissum est anno 1641.

Cum etiam quia post dictum folium nempe Anno 1654, et pluribus sequentibus Fratres de Ugolinis eorum Debitum erga Hora:

tium pluries confesti fuerunt, petendo ab illis dilationem, eique in super tradendo facultatem suscipiendi ad Cambium summam debitam et demum in se accollando censum, fauore Antiochis Biscaccianis et per Horatium debitam. Quibus stantibus ex solido præd. satisfactio in ferri non potest, cum alias Ugolini se Debitores non declarassent ad tradita Concilio alleg. 8. n. 26., et per Rot. in Flauentina Dotis 3a. Aprilis 1693. S. prædictoque coram Bmo Zamoren.

Haec submissente replicatione, quod omnia prædicta referantur ad eam summam debiti, pro qua fuit assignatum Prædium S. Laurentij, quod Ugolini redimere cupiebant. Quoniam cum facultas reddendi restricta fuerit infra decennium, quod præd. tempore jam effluerat, perperam igitur Actus prædicti, et Confessiones referuntur ad modicum relationis Prædij, irrevocabiliter per Horatium posite.

Minusque Satisfactio prædicta resultare valet ex Computis exhibitis per Ugolinos, in quibus constat de persequatione prædicti, et debiti. siquidem ea confecta fuerunt cum expressa reservatione Jurium Partibus competentium, necnon plury contentis erroribus, atque defectibus Horatis præiudiciales; Proptereaque perfectam solidationem præferre non valent Rota decij. 19. n. 2. ibique adden. n. 6. coram Ludovico, et in Romana Censu 28. Aprilis 1693. coram clar. me. Card. Caccia.

Erroribus autem sunt manifesti, ut præcesserit liquet primò quia soluta enunciatur in Actu stipulationis Instriotalis Scuta 616. quando eodem tempore Scuta tantum 500 exbursata fuerunt. Secundo quia ibidem dubitativè aperitur, factam fuisse solutionem Scutorum 274. de qua exteròquin non constat. Et tertio quia nullas dabitur fuit ratio de fructibus Censuum ipsorum per Horatium non exactis.

Omnesque cenat difficultas ponderando, quod Ugolini solvere Continuarunt fructus Censu accollati etiam post reparata Computa usque ad annum 1662. Quod certè non explevisset, si ex dictis Computis vera resultaret solidatio iuxta superioris tradita in S. Sum etiam quia.

Firmata ex prædictis Instriotali mandati quod scute 800, ea pariter respectu fructuum loco damnorum, et Interestis resultat. Convisis fuit ex eo, quod fructus de Ugolinis pro integra debiti solutione, Horatis debitam in se accollarunt. Cum autem postmodum

Dum eadem obligatione non attenditur primum ex eodem censibus ad proprium commodum existerent, et ab anno 1662. fructus alterius amplius non soluerint, inde succedit, quod præ de fonte fructus usinæ. Censui debeantur loco damnorum, et inserisse potest in terminis census collati, et postea retrocedat. Paris cons. 88. n. 14; et seqq. Rota d. 338. n. 2. et 3. post Cene. de lens., et in Trimana Associationis 14. Martij 1694. §. Iustitia coram B. P. D. meo Quilo. Et in terminis census ac collati, et non soluti Cyriac. cons. 368. n. 8. Rota d. 137. n. 7. Decis 138. n. 1. et 2. post Cene. de lens. cum alijs plene relatis in Dec. 110. n. 2. par. 14. et Decis. 80. n. 2. et 3. p. 17. recent.

Et si utraque

Pisana Devolutionis  
Lunæ 24. Ianuarij  
1701.

## Argumentum

Domino directo terminata investitura debetur mansuetudo, nisi Heredi ultimi Implyteus, Supereservatus sit probabilis spes obtinendi renovationem in petitionis iudicis. An autem, et quando eadem spes elici possit, vel ex declaratione, quod Dominus directus nobis bona Implyteus pro se retinere, vel ex immemoriali consuetudine non amittendi, aut demum ex melioramentis factis in bonis Implyteus, quæ sit per amplè dissolvitur.

## § Summarium

1. Terminata Investitura competit Dno directo mansuetudo super bonis Implyteus
2. Limita quando Heredibus ultimi Implyteus, Supereservatus

- aliquis Spes obtinendi renovationem in petitorio iudicio.
3. Renovatio debita est proximioribus ultimi Emphyteute.
  4. Declaratio, ut non procedat, quando Ecclesia uult bona pro se retinere.
  5. Declaratio Domini directi deueniendi ad renovationem, ut tribuat Ius Successoribus ultimi Emphyteute illam petendi debere esse irrevocabilis, et n. 11.
  6. Circa huius declarationem magis attenduntur facta, quam verba.
  7. Contractus qui solum fuit in tractatu potest ab utraque Parte retractari.
  8. Quamplura sunt in tractatu, que postea non concluduntur.
  9. Fides Testium Libere pendente extorta nullam faciunt fidem.
  10. Testes de auditu non probant.
  12. Facultas alienandi bona Emphyteutica in prejudicium compræhensorum operatur, quod Emphyteusis sit tran-  
sitoria etiam ad hæreticos.
- Intellige aut dicta facultas non procedat finita Anue-  
stitura in damnum Dni directi n. 15.
13. Immemorabilis Consuetudo non ammissandi bona Em-  
phyteutica debet concludenter probari.
  14. Et cum facultate qualitate quod Dnus directus cogi  
debeat ad faciend. renovationem.
  16. Renovatio debita est ex melioramentis notabiliter  
factis in bonis Emphyteuticis.
- Limita quando ad se pactum, quod finita Emphyteusi  
bona devoluantur. una cum melioramentis n. 28.
17. Melioramenta probari debent cum demonstratione  
status antiqui et moderni.
  19. Pactum, quod melioramenta finita Emphyteusi devol-  
vantur ad Dnum directum intelligi debet de illis que  
non sunt notabilis valoris.
  20. Limita quando dictum conceptum est cum verborum  
universalitate, que comprehendat omnia melioramenta.
  21. Manuensis Dni directi non denegatur quando fuit  
ipsius facta oblatio de illis a faciendis postquam fuerint liquidata.



Devolutis ad Mensam Archiepiscopalem Pisanam per obitum Catharinae de Vannis nonnullis bonis de illius directo Dominio per Bev.<sup>mu</sup> Archiepiscopum de annis 1649. 1653. et 1659. Hieronymo, et Francisco Maria de Vannis respectu in Emphyteusim concessis propriis, eorumque Filij, et Descendentibus masculis in perpetuum Procurator dictae Mensae ob Lineam finitiam iudicium introduxit coram Vicario Generali Pisano super Manutenzione in possessione omnium praedictorum bonorum contra Raynerium, et alios Fratres de Saetanis illorum occupatores, obtensoque mandato de manutenendo, una cum processu ad ulteriora in illius executione a Bev.<sup>mo</sup> A. Lorentio Nuntio in 2.<sup>a</sup> instantia demandato, cum causa in ulterioris appellacionis gradu fuerit mihi commissa, proposui dubium = Non, et cui sit danda manutentio, quod favore Mensae Archiepiscopalis resolutum fuit.

Cum namque citra controversiam constet de illius directo Dominio super dictis bonis, ac de terminatione Investiturae per obitum omnium in ea comprehensorum, nullaque competat exceptio, quae impediat devolutionem, et consolidationem Dominij utilis cum directo, eidem Mensae absque dubio competit manutentio ratione civilij possessionis ad recuperandam naturalem ab impedibus ultimi Emphyteusae indebitae retentionis, ut tradunt Baroet. in l. 1. §. quod ait Praetor n. 17. ff. uti possidetis Aetiv. in §. retinenda n. 8. in v. de Interdict. Menoch. de rebus remed. §. n. 22. Card. de Luca de Emphyt. disc. 7. n. 2. Post. de manus. obseru. 16. n. 44. Ad. ad Camplil. decis. 461. n. 9. Cora coram Bich. dec. 402. coram Amat. Dunoget. decis. 741. a n. 15. usque ad fin., et decis. 939. n. 1. et in recent. decis. 79. n. 3. et decis. 359. n. 1. et per tot. par. 8. et decis. 395. n. 18. et decis. 396. n. 2. et seq. par. 18. et in Nullius, seu Sengallien. Bonor.

13. Junij 1695. S. Igitur, et 13. Januarij 1697. S. absque eo, quod coram R. P. D. meo Muro, et in Urbinate. seu Senogallien. Emphyteusis 22. Junij 1699. S. Minusquē ex pacto coram Me. Quoniam in hoc casu Dominis visum est nullam spem Hereditibus super-ene posse pro obtinenda proposita renovatione. Non quidem ex equitate Bartol. in L. 1. ff. de aqu. quod tid. et 1. ff. de rei. vind. per quam renovatio debetur pro proximis ultimis Emphyteutis, nam dicitur equitas procedit solum in ijs casibus, in quibus Ecclesia Domina directo vult hereticos investire, non autem quando, ut in remota intendit bona Emphyteutica pro se retinere, ut distinguunt Marescou. var. notul. lib. 1. cap. 3. n. 11. Gratian. discept. foren. cap. 88. n. 5. ad 14, et cap. 813. n. 35. Bocc disput. jur. select. cap. 63. n. 1. Fulg. de jur. Emphit. tit. de renovat. quod 1. n. 89. Lacion. de Locat. et conduct. cap. 62. n. 35, et seqq. Bona coram Merlin. decis. 532. n. 12. coram Bich. decis. 402. n. 10, et in recent. decis. 151. n. 3. par. 9. decis. 143. n. 1. par. 10. decis. 306. n. 4. par. 13. decis. 260. n. 1. par. 18, et in Farfens. renovationis Investiturae p. Martij 1700. accedente coram R. P. D. meo Lis.

Quia declaratio, quod Mensa Archiepiscopalis nolit pro se retinere controversa bona, sed alijs velis in Emphyteusim concedere elici potest vel ex quadam Episcopa ab Archiep. scripta S. M. D. Cardinali Spada, in qua exponebat Lauer già Li. Mi-  
nistri della Mensa stabilita il negotio con altri, vel ex testium depositione anterensiam secutam fuisse concessio-  
nem Emphyteusis ad favorem Dominici, et Fratrum de Magagnanis, et ad computum Laudemij persoluta fuisse Mi-  
nistrii Mensae 400. Quia licet de tempore quo eadem Episto-  
la conscripserunt fuit, prefati Ministri deliberassent alijs dicta bona concedere, cuiusmodi tamen deliberatio, et tractatus non habuerunt effectum, nec dicti Ministri devenerunt ad actu-  
noue Investiturae, sed mutato consilio existimantes utilius esse Ecclesie, eadem bona retinere, induerunt iudicium

pro

5. pro obtinenda Super illis manutione; Ut autem declaratio Domini directi propter successores ultimi Emphyteute ius cogendi ipsum Dominum ad faciendam renovationem, necesse est, quod sit irretractabilis, et fuerit deducta ad actum, cum alioquin resolubatur in simplicem uelocitatem, seu propositum, quod ad renouandum non obligat, ut in puncto dixit Rota coram Richis decis. 402. n. 13., et decis. 11. n. 4, et seqq. et coram Dandzett.
6. Jun. decis. 762. n. 6. cum circa eius declarationem magis attendantur facta, quam uerba Lacion. de Locat. et conduct. cap. 62. n. 44.
7. Cumque contractus fuerit solum in oraculo, non autem perfectus, licet utrique Parti ab eo recedere L. Jurisgentium §. ad id in princip. ff. de pact. l. Contractus 16. circa fin. C. de fide Instrument. Cor. de reintegr. distinet. 1. ante num. 3. uers. alioquin ante illius perfectionem Cyriac. contr. 452. n. 15, et 31. La fin enim contingere solet quamplura esse in tractatu, que potest non concluduntur L. si voluntate C. de rescind. uendis. Accolin. resol. 5. sub n. 27. Rota dec. 677. sub n. 3. par. 2. recent. et coram Rich. d. dec. 411. n. 8.

9. Testes uero mei probant tractatus effectuationem, cum illorum depositio resultet ex fidibus simplicibus Lipsiensi, ac Parte non citata executoris, que nullum faciunt probationis gradum Cyriac. controu. 287. n. 2. Rota decis. 273. n. 6. par. 19. recent. ; Et tanto minus quia deponunt de audita Potest. de Substat. inspect. 60. n. 87. Rota coram Buratt. Dec. 538. n. 11. ad med. et in rec. par. 19. decis. 297. n. 21. ad med. et in rec. Ut uero nullatenus ad casum applicabilis sit decisio 498. coram Dunozeu. Jun. eaduerso allegata, quoniam in illa Dominus directus deuenerat ad actualem concessionem Emphyteutis fauore Extraneorum recepto Canone, ut patet ex eadem decisione n. 2, et 3. Ideoque non poterat amplius variare retinendo pro se bona Emphyteutica, quia dum alios de eisdem bonis cum effectu inuestiuit, tenet consta.

bat noluisse pro se retinere ad firmabaz per Bot. coram Bichio  
 decis. 411. n. 21, et in recens. d. 251. n. 6. par. 9., et decis.  
 260. n. 2. par. 18.

12. Minus aliqua probabilis renovationis spes Hereditas resulta  
 ex potest. ex natura dictorum bonor., vel quia ab Immemorabili  
 tempore in casu cuiuscumque devolutionis ammensari<sup>non</sup> soleant vel  
 quia ad instar allodialium alienari valeant etiam in prejudicium  
 comprehensorum, quae alienandi facultas operatur, quod Emphyteusis  
 transeat etiam ad Heredes Extraneos, Dec. cons. 171. n. 2. Ful  
 gin. de jur. Emphyt. tit. de Contract. Emphyt. quest. 2. n. 13.  
 Bota coram Buratto decis. 87. n. 22., et decis. 642. n. 11.  
 par. 2. recens.

13. Tenim aspersa Immemorabilis Consuetudo non am  
 mensandi aliunde probata non est, quam ex simplici fide Testiu  
 Lito pendente pariter mendicata, quae ex praedictis nullam fi  
 dem meretur, cum tamen plene, et concludenter probari debueret  
 Merlin. de Legib. lib. 2. tit. 1. quest. 8. n. 24. Bota dec. 218.  
 n. 11. par. 16. rec., et quidem cum qualitate coactiva, quod scilicet  
 14. Mens non valeat pro se retinere, sed cogi debeat ad fa  
 ciendam renovationem in fauorem proximorum Com. cons. 280.  
 per tot. Lib. 3. Honded. cons. 31. n. 46., et seq. Lib. 2. Dration.  
 viceps. for. cap. 813. n. 36. Marescotti. var. resol. Lib. 1. cap.  
 13. n. 12. Fulgin. de jur. Emphyt. tit. de renovat. quest.  
 1. n. 28. Bota coram Manbio decis. 10. n. 11. de coram  
 Bich. decij. 402. n. 12. coram Duno. Jun. decis. 498. n. 5.,  
 et in rec. decis. 218. n. 12. p. 16., et in Romana Renovatio.  
 nis Inuestiturae 20. Aprilis 1693. S. Multoque minus  
 coram bon. meo Benincasa, et in d. Nullius, seu Senogallien.  
 Bonorum Super. mantentione 13. Junij 1695. S. Quod autem  
 coram B.P.D. meo Muto.

Quoerit ad facultatem alienandi bona ad instar allodia  
 lium, ultra quod etiam quoad illam deficiat probatio, cum de  
 istum depositiones ad hunc propositum adductae sint ex graui  
 dicialis

15. diciales, et licet pendente recepto, urget praesentia, quod in inue-  
 stitura de qua agitur, illa legitur dumtaxat concessa Hiero-  
 nymo, quodque cuiusmodi facultas intelligitur. Semper Limitata  
 ad tempus durantis Emphyteutis in praedictum vocatorum, non  
 autem ea finita in damnum Domini directi ad Dep. in L. fin.  
 C. de jur. Emphyt. Ad. ad Buratt. decis. 87. n. 19. Bot. decis.  
 415. n. 16. par. 4. tom. 2. decis. 467. n. 43. par. 5. decis. 218.  
 n. 22, et seqq. et decis. 398. n. 7. par. 12, et decis. 348. n.  
 11, et seq. par. 19.

16. Demum nec probabilis spes renovationis eliciuales  
 ex melioramentis, quae notabiliter facta dicuntur in bonis  
 Emphyteuticis, ex quorum causa debentur renovationem Expedi-  
 Pet. in L. quicumque 7. C. de omn. agr. vetero. Lib. 12. col.  
 Cognouimus §. 1. C. de mancip. et Colon. pater. eodem lib. (tra-  
 dunt Andred. controu. 148. n. 48. Pereira tit. de renouat.  
 quae §. 8. per bot. Fragos. de regim. Reipubl. par. 3. lib. 7.  
 Disp. 14. §. 11. n. 2, et seq. Pacion. de locat. cap. 62. a. n. 2.  
 Bota coram Mantua. decis. 17. n. 3, et seq. et in recent. §.  
 54. n. 32. p. 16, et in §. Nullius, seu Senogallien. bonor.  
 13. Maij 1697. §. tenet. Secundo in fine coram P. P.  
 meo Muso.

17. Tum quia melioramenta praedicta, quidquid praesentia  
 rant nonnullae extrajudiciales attestaciones, quibus nullo mo-  
 do deferendum venis, probata laud sunt neque in genere,  
 neque in specie cum demonstratione status antiqui et moderni  
 prout requiritur ad effectum sciendi quid impensum, quidue melio-  
 ratum fuerit ad Dep. in L. in fundo ff. de rei vindic. Peregrin.  
 de fideic. art. 50. n. 20. Fulgin. de Emphyt. tit. de melio-  
 ram. quae §. 3. n. 36. Bota coram P. P. decis. 376.  
 n. 5. coram Bidio dec. 161. n. 31, et in recent. decis. 209.  
 n. 19. par. 13, et decis. 406. n. 12. par. 19. Tum etiam  
 quia exceptioni cuiusmodi resistis Queralo parata conven-  
 tum in duabus primis Investituris de annis 1649, et 1653.

- quod scilicet finibus empty seu bona devoluerent ad Ecclesiam  
 18. una cum melioramentis in illis factis Summaris Archiepiscopi N. 1.  
 quo pacto attento etiam si melioramenta justificarentur in specie,  
 nulla tamen pro illis competeret renovatio ad Dept. in L. si fundi  
 partem ff. de contrahend. Emp. Barcel. in L. jubemus §. sane n. 2.  
 C. de Sacrosanct. Eccles. Fulgii. de iur. Emptyt. sic. de melio-  
 ram. n. 26, et Br. Bonden. colluct. Legat. 35. n. 30. lib. 2.  
 Card. de Luc. de Emptyt. disc. 7. sub n. 7. vers. licet, et disc. 71.  
 n. 3, et de fideic. disc. 135. n. 21. Sam. decis. Suritan. 75. n. 2.  
 et decis. Suritan. 75. n. 2, et decis. 333. n. 3. Bota coram  
 Seraph. decis. 1496. sub n. 1, et in recens. par. 26. decis. 305. n. 3.  
 Haec relevante, quod pactum eiusmodi intelligendum sit de  
 29. melioramentis, quae sunt parvi momenti, non autem de illis,  
 quae sunt in casu notabilis sunt valoris ex traditis per Marescot.  
 var. resol. lib. 2. cap. 110. n. 12. Sam. decis. 75. n. 2. Quoniam  
 utraque ob defectum probationis nullatenus constat de illo-  
 rum existentia, adeo ut discerni valeat an magni vel modici sint  
 momenti, adhuc cessat obiectum ex universalitate verborum,  
 cum quibus dictum pactum conceptum est ubi = res reuertatur  
 20. una cum omnibus melioramentis; Hoc enim scilicet quamvis  
 melioramenta fuerint notabilia, devoluerentur nihilominus  
 cum res empty seu bona ad Dominum directum, quia visus talis  
 pacti dicuntur pars pretij §. L. fundi partem ff. de contrah.  
 Emp. Card. de Luca de Emptyt. disc. 71. n. 3. Carol. Anton.  
 de Luca ad Gratian. disc. 810. sub n. 7. vertic. elucidat  
 Sam. decis. 72. n. 22. et p. 605. Bota decis. 449. n. 9. cor-  
 ram Campitulis, et in recens. decis. 60. n. 9. et seq. par. 5.  
 Pariter nec suffragante, quod dictum pactum compe-  
 tendere nequeat melioramenta facta in donis positis in  
 Communi Filiorum, ne potest quia in illorum investitura stipulata  
 de anno 1659. idem pactum minimè legatur conveni. Quia  
 21. cum per Ministros Mensae Archiepiscopalis facta fuerit oblatio  
 de illis reficiendis, quatenus debeantur, et fuerint

per

specificè liquidata, quod lucusquè non constitit, hoc sane suffi-  
 ciat, nè hoc interim sub illorum preceptu manusensio Domino  
 Directo valeat retardari adnotata per Menoch. de recuper. possen.  
 remed. 15. n<sup>o</sup>. 309. Fragos. de regim. Republ. par. 6. lib. 6. Ordinat.  
 g. S. 12. n<sup>o</sup>. 14. Bot. Decis. 659. n<sup>o</sup>. 1. par. 1. Diversor. coram Cam.  
 Jul. Decis. 53. n<sup>o</sup>. 23. coram Sciol. Decis. 387. n<sup>o</sup>. 22. coram  
 Biedis Decis. 161. n<sup>o</sup>. 31. et in recens. Decis. 109. n<sup>o</sup>. 20. par. 25.  
 et Decis. 366. n<sup>o</sup>. 30. et Decis. 406. n<sup>o</sup>. 12. et 13. par. 19.

Et ita utraque

Romana Censu  
 Ven. 28. Januarij 1701.

## Argumentum

Extinctio Censu facta in manibus Agedis gravati  
 non sustinetur in prejudicium Fideicommissarij quando  
 non fuit servata forma reinvestiendi illius pretium ad  
 commodum fideicommissi, in dicti Censu impetitione  
 expressa. Agedus beneficiatus quomodo dicatur ratio-  
 nem reddidit, et an, et quando exerceas officium Ma-  
 gistratus valeat in iudicium vocari.

## Summarium

1. Fructus Censu acquisiti ex bonis Fideicom. Spectant  
 ad Successorem in illo.
2. Solvens non Liberatur extinguendo censum in mani-  
 bus Agedis gravati, quando non fuit reinvestitum  
 illius pretium ad commodum fideicom. iuxta formam so-  
 lutioni adiectam.
3. Amplia quando agitur etiam de interesse aliorum, cui  
 ex contractu fuit Inquisitum.
4. Inventarium operatur, quod Epus habeat acti Agedis.

sed non adiaceret.

5. Artes beneficiatus non tenetur nomina Debitum exigere.
6. Confessio eo modo qua afficit Confitentem, afficit etiam illum, qui illius iuribus utitur.
7. Verba de qual' Crediti conseruans L' Crediti in ieramento, e senza alcuna diminutione imponens prohibitionem Spebellianicam.
8. Omnes Grauari seclusis filiis, primi gradus tenentis factus in Spebellianicam imputare.
9. Durante officio Magistratus non debet illud exercens in iudicium vocari.
10. Declarari ut procedat in Magistratibus maioribus, qui annexum habent imperium, non autem in inferioribus et municipalibus.

## Decisio CCXXVIII.

Pro executione mandati in Summa <sup>Sum</sup> 1254. 72. per C. P. Origum tunc H. Locum tenentem contra Fran. Boncompagnum relaxati, Eodie per DD. conclusum fuit. Quamdoquidem cum idem Franciscus ad censum suscepit à Georgio Angeletto <sup>ta</sup> 1700. cum declaratione, quod pecunia proveniret ex redditibus Locorum Montium, que subiecta erant fideicom. per Angelum ordinato, ac cum expressa promissione solvendi illius fructus eidem Georgio, ceterisque Successoribus, nemini Odubium remanere possit, quod mandatum in precitata Summa pro fructibus à die obitus dicti Georgij, favore Caroli relaxatum veris executioni demandandum, cum illi tanquam in fideicomisso Successori fructus predicti debiti sint. S. d. disponat aut. De iur. L. final. C. de Testam. Cor. in rec. par. 17. Decis. pp. m. p.

Atque relevat, quod census predictus ex effectiva pecunie constitutione facta Georgio remanserit extinctus. Quoniam



cum in illius impositione expresse declaratum fuerit, quod census subrogabatur eidem Locis Monachum fideicommissarijs, cum omnibus vinculis in Testamento Angeli consentis, quemadmodum exinde eruisur, quod Census retro vendi non poterat nisi ad effectum accipiendi pretii ad commodum fideicommissi in eodem Testamento ordinati, ita forma cuiusmodi non servata Franciscus debitor liberationem non fuit asequutus, ut ex gloss. verbo omnis obligatio §. p<sup>mo</sup> inoit. quib. mod. toll. oblig. tradunt Card. de Luc. de regal. disc. 28. n<sup>o</sup>. 17. de credit. disc. 48. n<sup>o</sup>. 24. et disc. 59. n<sup>o</sup>. 2. de censib. disc. 28. n<sup>o</sup>. 3. et disc. 25. n<sup>o</sup>. 2. Cota coram Cero decis. 215. n<sup>o</sup>. 2 confirmata in decis. 420. coram eodem, et in recent. decis. 175. n<sup>o</sup>. 7. et 9. par. 11. ob inceptu signanter Successorum in fideicommissis, quibus cum ex subrogatione cuiusmodi in eis fuerit constitutum, non poterat ea facto tranari, a quo praedictum inferri ad Sept. in l. 3. C. de pact. Gratian. discip. foren. cap. 45. n<sup>o</sup>. 26. et seq. Cota coram Cero. d<sup>o</sup>. decis. 215. n<sup>o</sup>. 5. et seq.

Minusque obstat, quod Carolus Actor de Epres Georgij, ideoque minime valeat illius factum super census exigitione impugnare. Quia cum ipse sit Epres cum Beneficio Legis, et Inuentarij, ac de bonis hereditarijs legitimam rationem reddat, non impeditur quominus nomine fideicommissarij agere valeat pro fructibus dicti census, cum ex dicto Inventario appareatur ac si hereditatem nunquam adiuisset ad Sept. in l. fin. §. et si profatam C. de jur. deliber. Bald. in l. si actor C. de bon. Cota decis. 114. et 126. utrobique sub n<sup>o</sup>. 22. par. 7. et decis. 10. n<sup>o</sup>. 20. et decis. 16. n<sup>o</sup>. 3. par. 19. recent.

Fuisse autem de bonis hereditarijs rationem redditam satis constat ex peritia judicialiter instructa; In ea etenim Status hereditarij Georgij detractis nominibus debitorum, quos Epres beneficiatus exigere non tenetur ad tradita per Parlador. ver. quotid. Lib. 2. cap. fin. de inuest. Cancer. var. resol. cap. 2. de inuent. utrobique n<sup>o</sup>. 139. Cota in recent. decis. 82. n<sup>o</sup>. 11. et dec. 313. n<sup>o</sup>. 9. par. 14. et decis. 158. n<sup>o</sup>. 13. par. 25.

firmatur in <sup>tri</sup> 8442. Summario n<sup>o</sup>. 6<sup>o</sup>, unde e' conuaso idem Georgius teneretur restituere <sup>tri</sup> 15819. pro medietate fideicom. missi per eundem possessi, ut aliis ad illius instantiam pronuncia- vis Bon. me: Menattus tunc temporis vicarius <sup>tri</sup> Summ. n<sup>o</sup>. 2<sup>o</sup>, palam fit medum nil prouiso superesse, de quo Carolus teneretur rationem reddere, sed potius hereditatem Georgij liquidam debitricem remanere in <sup>tri</sup> 1388, ut calculanti patet.

6. Luni obites, quod Penus nouiter electus predicta fidei: committi medietatem redigere ad summam <sup>tri</sup> 10714. So. sum quia quantitas <sup>cum</sup> 15819. resultat ex Confessione ipsius heredi gravati, que dicitur omnium superlatia probatis, quaque non minus afficit Franciscum, qui illius iuribus utitur, qua ipsam Confitentem ex notatis per Angel. de consens. Lib. 1. q. 16. d. effect. 20. n<sup>o</sup>. 14. Rotam recent. decis. 89. n<sup>o</sup>. 9. par. 5, et decis. 330. n<sup>o</sup>. 20. par. 12. Dum sursum quia attenda etiam eiusdem Peni relatione, ad huc Georgij de- bitum constat in <sup>tri</sup> 1473. So.

7. Haud refragante, quod ab hac Summa preter quantita- tem <sup>cu</sup> 1000. pro quodam censu imposito ab Alfonso Aca- so, detrahenda etiam sit rebellianica ex bonis fidei: commissarijs Georgio debita. Quoniam illa per Sebastianum prohibita censetur ex verbis illis credetti miei & ad di deb- bano conseruare li miei beni et heredita integralmente, e senza alcuna diminuzione, ut tradunt Carlini. conseruor. 152. n<sup>o</sup>. 11. Gratian. diceps. forens. cap. 869. n<sup>o</sup>. 19, et seqq. Rota decis. 221. n<sup>o</sup>. 13. ibique Alden. lram Gregorio dec. 19. n<sup>o</sup>. 5, et seq. coram Dunogeto Iun. et decis. 259. n<sup>o</sup>. 5<sup>mo</sup>. par. 2. recent. quando desessero, ubi etiam rebellianica non fuisse prohibita, cum tamen illa commensuratiue ad dictam quantitatem <sup>cu</sup> 10714. So. non deberetur nisi in Summa <sup>cum</sup> 1378. 62. et deducis <sup>tri</sup> 994. pro eodidem fructibus per Georgium perceptis, quos seclusis filijs primigrados omnes Grauari tenentur in rebellianicam impabere iuxta Gloss. in l.

in L. quod bonis is. S. quod Auus verb. compensabuntur ff. ad leg. falcid. cum alijs in Bononien' fideicommiss. 11. Octobris 1699. S. Demum coram Meo, in sola quantitate <sup>aut</sup> 2184. 62., utique ista iuncta etiam cum alijs <sup>si</sup> 2000. pro dicto censu impotito ab Ath. Plonso Acceto, operari nequiret, quin' Georgij Expeditas in <sup>si</sup> 1088. 88. debitoria ad huc remaneret.

9. Hec Domini annuendum censuerunt dilatione per Joann. ciscam repetita eo quod actu exerceat officium Magistratus in Civitate Montis Falisci, quo durantes in ius advocari non potest inacta Sext. in L. pars Literarum ff. De iudic. Mastrell. de Magistrat. Lib. 6. cap. 5. n. 2; et Leg. Rota coram Mer. Lin. decis. 700. n. 5. Quia privilegium Curiamdi procedit in
10. Magistratibus maioribus, qui annexum habent imperium, non autem in inferioribus, et municipalibus simplicem habentibus Jurisdictionem cum ipsi indistincte valeant conveniri, ut ex Sept. in L. nec Magistratibus 32. in fine de iniur. et famos. libell. distinguunt Conciol. ad Stat. Lugub. Lib. 1. rubr. 9. n. 5. Scac. de iudic. Lib. 2. cap. 9. n. 1004. et Leg. Cble. Sinar. de nullis. rubric. 11. quosq. 31. n. 114. Mastrell. decis. 270. n. 37. et n. 48. et Leg.

Expedit.

Carpentorasen'. Sepultus,  
Ven. 18. Februarij 1701.

### Argumentum

Electio Sepultura, quae sine causa, et non obstante pacto, aut quacumque contraria declaratione potest etiam in instrumentis nullis usque ad ultimum verbum ipsum variari, an, quando, et ex quibus suggestionibus dici valeat irrita, et nulla.

Sum.

## Summariu[m]

1. Sepultura Electio potest usque ad ultimum uetq[ue] existu[m] mutari.  
Etiam sine causa n<sup>o</sup>. 8.  
Et non obstanto quolibet pacto, aut aliquaquamque declarat.  
in contrarium n<sup>o</sup>. 21.
2. Facta ad Suggestionem est irrita, et nulla.
3. Declarat, ut procedat in illis Suggestionibus solum, que  
Dolo, aut malis artibus, seu precedente pacto vel juramento  
interponuntur.  
Reiciuntur contraria aut libertates n<sup>o</sup>. 5.
4. Electio Sepulture facta in Ecclesia Monialium, ut va-  
leat annullari ex capite Suggestionum, requirit, quod  
nemum illa emissa fuerint de Monialium ordine, sed  
etiam quod d. ordo ab uniuerso cetera fuerit datus.
5. Tertius ex seipso licet potest suadere, ut fiat electio  
Sepulture in aliqua Ecclesia.
6. Simplex exortatio ad eligend[um] Sepulturam in propria  
Ecclesia non est prohibita.
7. Imbecillitas resultans ex Senilitate non impedit  
confectionem Testamenti.
8. Neque electionem Sepulture.
9. Electio Sepulture, ut plurimum fit ab illis, qui sunt  
letali morbo gravati.
10. Mentecaptus dici non potest, qui capax est Suggestionu[m]
11. Ad annullandam electionem Sepulture, ex defectu sa-  
nitatis mentis conuincitur ex notarij a peritione sup-  
reco disponens iudicio.
12. Ex frequentia Sacramentorum.
13. Ex continuis allocutionibus de Regn. Dei.
14. Neque ex Testibus super sano intellectu deponentibus.
15. Testis unus non probat.
16. Affinitas Testium non urget quando sunt optime con-  
ditionis, et famg.
17. Non impedit quod minus in ultima voluntate ualiant  
testimonium perhibere.

20. De quibus Suggestiones excludantur, et n<sup>o</sup>. 23, et 24.  
 23. Fundatores in Ecclesijs abijis fundatis regulariter Sepul-  
 turam eligunt, et quopatione n<sup>o</sup>. 24.  
 25. Statusum praescribens formam in Contractibus non re-  
 tenditur ad ultimas voluntates.  
 26. Electio Sepulturae constituta de libera disponendis voluntate  
 se sustinet etiam si facta fuerit in testamento, aut  
 Codicillis minus rite condito.  
 27. Ordinarij consensus requisitus non pro substantia actus,  
 sed pro executione sufficit, quod accedat etiam post

## Decisio CCXXIX

Paulus de Andree Canonicy Ecclesie Cathedralis Car-  
 pentoracen<sup>s</sup>, postquam eximia pietate domum cum Ecclesia  
 in eadem Civitate propriis aedificamentis erectam donaverat  
 Monialibus S. Francisci Salesij, ut ibidem sub Invocatione  
 B. Mariae visitationis cum Domino famularentur, in Directo-  
 ris, ac Confessarij munere quada uicis apud ipsas permanens, san-  
 toque Spirituali amore erga illas accensus euasit, ut nec in  
 obitu ab eisdem separari uolens, sepulturae electionem, quam in  
 Sepulchro Canonico-um Ecclesie Cathedralis semel, aequo  
 iterum in eius tabulis expresserat, in Codicillis conditis sub die  
 23. Julij, 1697. immutans, ac reuocans in earumdem Monia-  
 lium Ecclesia eius cinerum recordi uelle declarauerit. Progre-  
 dens autem Capitulum Ecclesie Cathedralis post illius obitum  
 quinque ab illius diebus sequentem electionem predictam non  
 sustineri, ac propterea illius cadaver in dicta Cathedrali Eccle-  
 sia humandum esse, recursum habuit ad Ordinarium Carpen-  
 toracen<sup>s</sup>, qui cum illud per modum provisionis deponi mandauerit  
 in ipsa Ecclesia Cathedrali in Sepulchro disparato suorum  
 Maiorum, a sumpto ex post iudiciali discussione super Sub-  
 stantia dictarum electionum definitiue pronunciauit sua-  
 lidam esse alteram factam in Ecclesia Cathedrali, postero-  
 rem uero ordinatam in Ecclesia Monialium nequaquam

fore sequendam. Appellanti bus vero eisdem Monialibus ad Curiam, cum h. precedentem Ordinarij sententiam reuocauerit, causa mihi in alteriori instantia delegata proponi dubium. Hic, et quae electio Sepulturae Substineatur, responsumque accipi electionem in Ecclesia Monialium factam Substineri.

Cum enim illa per Testatorem expleta fuerit in Codicillo manu publici Notarij, et cum interventu quinque testium exarato, nullo valeat defectu adnotari, fueritque ultima, sub qua id Testator decepsit, nulli dubium est, quin debeat Substineri, et alteri cui libet etiam praeferi, cum liberum sit cuicumque Fideli Sepulturae electione mutare, ac reuocare usque ad ultimum vitae exitum iuxta Saneitatem Bonifacium VIII. in cap. Cum quis r. s. Si quis de Sepultura in 6., et tradita per Nauarr. cons. 2. in fine de Sepultura. Ancaran. cons. 214. n. s. et seq. Bordon. controu. moral. s. n. 53. Marant. respons. 14. n. 1. tom. 2. Medic. de Sepultura. par. 1. quest. 8. n. 2. Ventrigliol. in praec. rer. notabil. adnot. 52. de elec. Sepultura. n. 37. Murg. de Sepultura. tract. 7. par. 1. diuis. 2. §. 104. Casper. de Stat. Romani. tom. 2. quest. 187. art. 4. n. 310. Casqualig. Decis. moral. 387. n. 2. Panimoll. Dec. s. adnot. 3. n. 3. Rosa coram. Cesar. de Graf. Decis. 2. n. s. de Sepultura.

Hic Cardinali Ecclesiae Suffragari valet oppositio, quod eadem electio facta fuerit ad manifestas, importunasque Monialium Suggestiones, proindeque irrita, ac nullius robore ipsa remanserit, ut per sept. in cap. 1. de Sepultura in 6., et in Clem. capientes s. fin. de pen. notant Gratian. Discept. for. cap. 210. n. 20. Bartol. de Parol. par. 3. cap. 26. n. 38. Ventrigl. in praec. par. 1. adnot. s. d. v. n. 1. n. 29. ibique Carol. Anton. de Luca n. 2. Antonell. de regim. Eccles. Lib. 1. cap. 10. n. 43. Alce. in praec. Eccles. tom. 2. par. 4. resol. 294. n. 30. Amosaz. de caus.

ijis

pijs cap. 9. à n<sup>o</sup>. 15. usque ad 26. Nicol. Lucastr. canon. ec. civil.  
 tom. 1. Lib. 4. tit. 15. n<sup>o</sup>. 23. d. Septogues. Laur. uar. elucubr.  
 tit. 2. cap. 11. n<sup>o</sup>. 3. Marclett. de Sepultur. in tractat. de pra-  
 xi Vicarij Capital. par. 6. tit. 38. §. 5. n<sup>o</sup>. 235. Quoniam Do-  
 mini animaduertentes non omnes suasionē ac suggestiones se-  
 pulturae electionem irritare, sed eas solum, quae dolo, vel malis  
 artibus, seu procedente pacto, vel iuramento interponuntur, ut  
 liquet ex Litera eorundem septuag. in d. Cap. 1. de Sepult. in  
 6. et gloss. ibique in princip. et in d. clemens. cupientes de  
 panis, et communiter tradunt DD., et signanter Andraran.  
 in cap. Animerum sub n<sup>o</sup>. 1<sup>mo</sup>. ibique Panney Andreas n<sup>o</sup>. 2  
 de Sepultur. in 6. par. c. d. clemens. cupientes §. sine  
 n<sup>o</sup>. 2. quib. 3. ibique etiam Vitalin. n<sup>o</sup>. 54. Codrig. quib.  
 regular. tom. 3. quib. 38. art. 7. in fin. Porcell. in dub.  
 Regular. uerbo Sepultura n<sup>o</sup>. 6. et Angelus pariser uerbo  
 Sepultura n<sup>o</sup>. 5. Suarez de censur. disput. 22. sect. 24.  
 n<sup>o</sup>. 15. Samuel. de Sepultur. tract. 2. controu. 5. per tot.  
 Murg. eodem tit. tract. 7. Sect. 1. diquis. 6. dub. 6. per  
 tot. Amosaz de caus. pijs. Lib. 6. cap. 9. n<sup>o</sup>. 20. et 22. Cas-  
 serin. de Stat. Comin. d. quib. 187. art. 4. n<sup>o</sup>. 421. et  
 424. Lasqualy. dec. Moral. 373. n<sup>o</sup>. 4. et seqq. et dec.  
 377. per tot. ex actibus adductis ponderabant nullam elici  
 posse suggestionē, quae electionem praedictam ualeat irritare.  
 Nam testes formiter examinati illud professi non  
 referunt nisi maximum desiderium Monialium Labendi fun-  
 dationis cineres in earum Sedes reconditas, ac successiuas hor-  
 sationes quorundam ex eorum, qui sanguam Monialibus  
 affecti canonicam monebant, ut inibi eius corporis sepul-  
 cram eligeret. Ex tali autem depositione geminae respon-  
 siones ad inuentum promanant. Altera nempe, quod praesup-  
 positae suggestiones minimè apparent in scriptis a dijsis Mo-  
 nialibus, minusque ab externis de illarum mandato, unde  
 A. nequeant electionis actum annullare cum acquirat ad hunc effectum,

- quod nēdum Suggestiones emittē, fuerint de illarum ordine, ad  
- Iterum namque quoad predicta uisum est constare de bono jure Petri; Respectu siquidem ad retentionem scamni in Plano dicti tertij gradus Altaris, cum ipsi astricta Longissima Consuetudo memoriam hominum excedens, iuxta quam nendum ipse, sed etiam maiores sui tamquam Domini Palatii, ac perspicua mobilitate decorati inibi dictum scamnum fidentibus, ac patientibus Episcopis, et Rectoribus, pacifice semper aetiuuerunt, ex hac sane adeo Longi temporis intercapedine iustus illi resultat titulus possidendi, ex his, quæ in terminis præcis tradunt Valenzuel. cons. 176. n. 1. et seqq. Frances de Eccles. Cathedral: cap. 5. n. 48. Cota decis. 681. n. 6. par. 18. recent. cum alijs adductis in mea præfata
- Decisione 8. Et quod magis est; Cum in qualibet preeminentiâ materia Consuetudo jus tribuat, totumque operetur, tamen si juris communij dispositioni repugnaret gloss. in cap. 2. uerbo Auscultetur in fine de offic. Archiepiscopi. Felin. in cap. Statuimus de maiori. et obed. Cyriac. controu. 201. n. 173. Cota coram Gregor. decis. 227.

n. p. et 4. coram Merlin. dec. 593. n. 2., et in rec. par. 5. decis. 86.  
n. 6., et seqq., et in Colonien. Præcedentib; Superi bono jure 4. Junij  
1696. S. Quamvis enim, et 22. Martij 1697. S. Siquidem coram R. P. D.  
meo Muto, quæ impressa reperuntur post Antonell. de jur., et oner.  
Clenicor. in ordine To 19., et To 21.

Fuisse autem Petram, cuiusque Autores in possessione immemo-  
rabil. retinendi Banerum, seu Sedile in loco controverso, non potest  
in dubium revocari, ut potè quia id perspicue apparet tum ex enunciati-  
va contenta in Supplici libello posito Episcopo Pampilonen. de  
anno 1614. ubi = Et de anno venuto se tengono il Loro posto dentro li  
gradi della Cappella maggiore, e quito da tempo immemorabile à  
questa parte; Tum etiam ex Testibus examinatis usque de anno  
1642. de eisdem Scamni retentione in eodem loco deponentibus; tum  
denique ex alijs Testibus octuagenarijs nuperime inductis, qui tan-  
quam deponentes cum omnib; circumstantijs requisitis à glossa in cap.  
6. verbo memoria de prescrip. in 6. Dubium non est, quin Sedi  
immemorabilem possessionem concludant; Haud relevante, quod non  
fuerint formidè repetiti, quia cum robur acquirant à Supradicta  
enunciativa emissa de anno 1614, et adminiculantur ab alijs Testibus  
formidè examinatis de anno 1642. utique et; ad perpetuam depo-  
nans, concludentem tamen probationem constituunt, signanter ad ef-  
fectum asequendi mansuetudinem, in cuius iudicio probationes etiam  
minores, et leviores admittantur iuxta notata per Post. de ma-  
nue. obseru. 28. n. 31. Nota post eundem decis. 547. n. 2., et in  
accens. par. 18. decij. 95. n. 7., et seqq.

4. Nec prædicta Immemorabilis consuetudo tolli videbatur  
ex denud. in calcaata responsione, quod illa videlicet vel sit  
5. Scamnum in Cassiterio, exemplo Divi Ambrosij, qui Redditi  
Imperatori Sedem in loco suo denegavit, ut refert Card. de Luc.  
6. de præm. dicit 44. n. 3., vel tamquam repugnans sanctioni Cæm-  
nialis Romani censeatur abrogata per Constitutionem Sap. me. Cle-  
mentis VIII. irritantem quancumque Consuetudinem in contrariu.  
Quoniam ultra quod ex Latè animadvertis in mea præscripta decisi-  
one S. Præmitto etiam cum duob; seqq.; Satis Superque apparebat  
Loco

illi, in quo sedile positum est, nullatenus dicitur ad Presbyterij nomen  
 convenire, nec, minus quæ eiusdem Sedilis attentionem impedire, quod  
 omnino celebrari libere, ac honorifice valeat divinis officijs incumbere;  
 validissima rursus occurrebat replicatio, quod obiecta irrationabilibus  
 quæquid operari valeat respectu aliarum consuetudinum, de quibus  
 loquuntur quotquot auctoritates in contrarium adductæ, certè allegari  
 nequit respectu alterius, quæ, per sempiternam memoriam hominum exco-  
 7. dens inducta fuit; Hæc enim cum in qualibet materia privilegium,  
 seu alium quemcumque meliorem titulum tribuere apta sit cap. Super  
 quibusdam 26. §. Præterea de verb. signific. Card. de Luca de  
 Canon. disc. 11. m. 6. Nota in rec. par. 18. decis. 671. n. 26, et in Ec-  
 cunden. Feudalis 11. Xbris 1699. §. Quæ omnia coram B. P. D.  
 8. meo Lancetta, sine a Doctoribus admittitur, ut etiam laici ea  
 mediante valeant scampum in Presbyteris retinere, quamvis  
 de cetero id æquum sit juris communis dispositioni, ut videre est  
 per cons. Valenzuel. cons. 176. Daniel de nobilit. dispat. 60.  
 n. 44. Coter. de re benefic. lib. 7. m. 13. n. 27. Frances. de  
 eccles. Cathedral. cap. 5. n. 48. Pignatell. consult. 13. n. 20.  
 tomo 3, et consult. 4. n. 2. tom. 4, illamque in his terminis ad-  
 misit Nota in Valentina Cappella s. Martij, 1599. coram Justo,  
 quæ legis registrata penes eundem Pignatell. post consult. 16.  
 tomo 4. unde potiori iure admittenda venit in presenti Hypothefi,  
 cum in memorabili possessione eundem Petri adstruatur etiam  
 mos generaliter vigens in Regno Navarra, iuxta quem Domi-  
 ni Palatiorum Sedilia in simili loco retinere solent, Concurrente  
 autem Regionij Consuetudine, huic potissime deferendum est, cum  
 9. quod in alijs partibus illicitum, et scandalosum videtur, in altera  
 licitum, et congruum soleat reputari, ut his fieri verbis, monet  
 Card. de Luca de præm. disc. 44. m. 10. ubi quod potius scanda-  
 lam crediderit id negare.

Consuetudo vero San. me. Clementis VIII. derogat quidem  
 10. omnibus alijs consuetudinibus, Sed Immemorabilem præsumit, ut  
 ex mente Sacre Rituum Congregationis tradit Pignatell. con-  
 sult. 4. m. 6. tomo 4, et firmas Nota coram Durazgo. Sen. dei.  
 198. n. 7, coram Merlin. decis. 109. sub n. 7. m. 1, et in recens. p. 4.

- tom. 3. decis. 647. n. 10. et seqq. ea ratione quia Consuetudo retinenda sedes Saecularum in Presbyterio non est directe contra Ceremonialis dispositionem, dum illud exprimit id non prohibet sed solum statuit decere Principibus habere Sedes plus, et minus ornatas pro cuiusquam dignitate, et gradu extra Presbyterium, et Foram; Ea hoc autem inferri nequeat prohibitis, per actum negativum, sed ea solum elicias per modum affirmativum implicita negatione sansummodo habentem, inde sequitur sanam non esse eiuudem Ceremonialis actus sententiam, ut per Immemorabilem Consuetudinem, non possit Saecularis acquirere ius retinendi Scamnum in Presbyterio, ut notans Panimoll. dec. 7. ad n. 11. n. 40. Lignatell. consult. 7. n. 26. eodemque Consuetudinem per consequens non censeri per dictam Constitutionem abrogatam, cum Ex eas tantum Consuetudines damnet, quae expresse, ad directum aduersantur dispositis in d. Ceremoniali. Ita firmata per Bos. decis. 102. n. 24. par. 10. rec.
11. Ex his vero transeunt Domini ad Jus faciendi oblationes per Deorum, eiusque filios, Consanguineos, et inuicatos in principio tertij gradus Altaris, praesertim quoad alios Incolas, qui illas offerunt in infimo gradu, ac per eius uxorem, filias, Consanguineas, inuitatas, ac familiares prope Sepulturam Domini Palatii. Separatim a ceteris alijs mulieribus, quae prope locum Aquae benedictae expositae offerre solent, illius bonum jus constituitur ex Longeva possessione, nec in iisdem locis prius offerendi comprobata ex Testibus de annis 1574., 1642., atque ad praesens respectiue examinatis Summario distributo die 30. Martij 1699. n. 2. g., et u. atque altero exhibito in praesentis propositione n. 2. 03. et 5. quae ad hunc effectum sufficientem iustumque titulum tribuit tam fauore virorum, quam abcoris, aliarumque feminarum, ut ex Margar. Eravian. Hermosell. ad Lopez Salgad. aliisque pluribus firmat decisio, quae reuocetur. Haecenus quoad prima.
12. Nec quasi propositio cuiusmodi inficiari potest ex praesupposito indecentia, quod Larocerus sacris vestibus indutus teneatur Ecclesiam circumire pro dictis oblationibus accipiendis, quando illos in ipso Altari exigere debet ad Sext. in cap. ut omnis Christianus de consue. di. c. 1. l. 2. Magnan. in cap. Pastoralis n. 41. de his, quae fiunt a Praelat. Lignatell. consult. 142. n. 3. tom. 8. Cum enim, ut be-
13. 14.



- non aduersis decisiis, quo nec videtur. Quandoquidem, ob diuersitatem  
 morum in Regione ab altera circa Locum recipiendi dictas oblatio-  
 nes, euenias, quod Parochus iuxta Consuetudinem illius Regionis, in  
 15. quo degit, eas licite ac decens valeat exigere ex motu per Cri-  
 stian. Sup. ad Concil. Com. S. in modis ad Concil. Roman. S. canon.  
 13. fol. 219. Pagnan. in d. cap. Laboralis n. 11. de his quæ fiunt à  
 16. Prelatis, nullum sane irrationabilitatis, ac indecentis, abradum alle-  
 gari potest si Parochus Locum de Saldiano iuxta solitum descendat ad infi-  
 mam gradum Altaris pro dictis oblationibus colligendis ab Hominebus,  
 et Successiue pro illis habendis à Mulieribus ad ulteriorem Ecclesie  
 Locum progrediatur; Et tanto minus in casu præsentis quo questio est  
 solam, ut idem Parochus occasione qua iuxta memoratam Consuetu-  
 dinem descendit ad dictum infimum gradum oblationes prius recipiat in  
 plano tertij gradus à Petro sanguini Domino Palatii, eiusque filij,  
 Consanguineis, et inuitatis, et cum ulterius Successiue progreditur pro  
 illis colligendis à Mulieribus eas prius debeat recipere pro Sepultu-  
 ram Domini Palatii ab eius uxore, filiabus, Consanguineis, inuitatis,  
 ac familiaribus. Hoc namque cum Subsentialiter imponet præce-  
 dentiam dumtaxat, quæ de iure in oblationibus faciendis Nobilibus  
 17. debita est ad traditam per Casan. in casu log. Elor. Mund. par. 1. confi-  
 der. 18. et ad Consuetud. Burgund. rubr. 6. enou gens nobles. verb.  
 qui dicantur nobiles n. 1. Carol. Bot. de priuel. Mul. cap. 1.  
 n. 129. nullam per consequens eidem Parochis indecentiam irrogare  
 potest.

Minusque manentis denegari poterat, vel ex quo possessio  
 Petri eliciatur ex actibus, qui processerant ex mera uoluntate ac  
 facultate Parochorum, uel quia ex depositionibus aliorum Testium  
 casualiter ceteros Parochianos fecerunt oblationes in eodem loco, in quo  
 Parochus eas recepit à Domino Palatii, hac sola intercedente differen-  
 tia, quod ipse erat omnium prius in offerendo. Quoniam præsumptio  
 18. facultatis in eadem excluditur ex pluralitate actuum per longis-  
 simum tempus à Parochis continuatorum, qui proinde consti-  
 tuunt Petrum in statu omnino manentis ad traditam per Dorel.  
 de manent. obseru. 83. n. 20. Bot. post eundem decis. 32. n. 9.  
 et in Urgellen. Seruitutum 15. Martij 1697. S. Et quidem 7<sup>mo</sup> coram  
 bon. meo. Visino.

- Testes uero predicti nullam prorsus promerentur fidem, namque ultra alias, quae patiuntur exceptiones, sunt Habitatores, et manuales eiusdem loci de Saldiano, et consequenter in causa inseruati, ut tradunt Bouardill. Lib. 3. politic. cap. 8. n. 97, et seqq. Nota coram Buratt. dec. 604. n. 4, et in praefata Decisione S. mei Petri. et de cetero nec etiam contraponendi essent alijs Vestibus eodem Petro examinatis, quia isti semper praefereendi sunt uel tanquam numero plures. e. cum in nostra de Desb. Gabriel. eod. cit. concl. 4. n. 50. Nota coram Durozet. Jun. dec. 245. n. 4. uel tanquam de praecedentia deponentes, qui in concursu aliorum illam negantibus praualere debent. Not. in acc. dec. 242. n. 4. par. 16. et in d. mea Decisione S. uel contraponendi in fine. Hoc etiam cursus accedente, quod duo ex Vestibus eiusdem Parochiae expressè deponunt eandem fecisse oblationes in loco diuerso, nempe in plano dicti Peroy, gradus Albaris, ceteros uero Incolas sub eodem. Hi autem Vestes, ut potè ab ipso Parocho in ducti plenam contra ipsam probationem faciunt Gratian. discept. for. cap. 505. n. 6, et seq. Nota coram Gels. dec. 150. n. 6, et seq. et in Romana Donationis 30. Ianuarij 1697. S. idè coram Me.
22. Prout nec minus obstat potest asserta consuetudo uigens in Regno Nauarreg, quod scilicet Domini Palatiorum quamuis sint Ecclesiarum Patroni in oblationibus faciendis gaudeant solo iure et seros praecedendi, non autem faciendi oblationes in loco diuerso, à separato. Quoniam de huius consuetudine nulla prorsus offertur iustificatio, neque ea deum potest ex decisione edita in alia Campilonen. Praeeminensiarum coram Comstulo inter illius impressas la 153. confirmata coram Card. Mantie, ut in alia decisione pariter inter illius impressas la 244. Quia in dictis Decisionibus actum fuit simpliciter de praeminentia prius offerendi, quam ratione Nobilitatis, ac Patronatus Ecclesiae Domini Palatii debet declaratum fuit, sed de loco, in quo oblationes fieri debeant nec uerbum habet. unde nec sumus quidem dictae assertae consuetudinis praesens ualens.

23. Similiter demum quoad praecedentiam in processibus, alijs quae publicis functionibus tam intra, quam extra Ecclesiam, bonum ius Petri iterum constat, ut sum est, tam ex antiqua eius quasi possessione, quam illi, eiusque uxori, filijs, inuitatis, ac familiaribus huius praecedentiam acquisiuit Gratian. discept. for. cap. 210. sub n. 34. Salgad. de reg. protect. par. 2. cap. 9. n. 24.

Car.

24. Carolus. contra. lib. 2. cap. 19. sub m. 1.º, et seq. Remud. deccis.  
 Portugall. si. sub m. 20.º. tum etiam ex juri dispositione, quæ no-  
 biliores, ac digniores in omnibus Functionibus Ecclesiasticis exteris alijs  
 prefere demandat ex auctoritatibus allegatis in d. meo p. 2.º. circa  
 reuisione d. e. eadem. Ad quod de cetero agnoscentes ipsius Parochus,  
 et alij huius Consortes in Eoderna Audientia amplius non audebant im-  
 pugnare.

Ex ita utraque.

Romana Secretariatus apostolici  
 Lang, 2.º. Martij 1707.

Argumento non indiget

Summarium

1. Imponi spoliato semper datur actio de euictione con-  
 tra venditorem.
2. Creditor utiualiter iuribus Debitoris contra istius debitoris, et  
 cumque Heredes.

Decisio CCXXXVI.

Cum in suppressione Collegij Secretariorum Apostolico:  
 cum D. Princeps Jo. Bapta Pamphilij nullum da fuerit pretium  
 Secretariatus per ipsum tunc temporis possessi à Camera Aplica  
 reportare, ex quo originarie fuisset visus Lucretius donationij  
 acquisitas à clar. meo Card. Francisco Barberino, iudicium pro eiusd  
 pretij restitutione instituit aduersus bona hereditaria B. P. D. So.  
 Somersetti eius immediati Ausonis, sed cum post mandati expediti-  
 onem nulla unquam reperta fuerint bona, super quibus fieri  
 posset executio, actionem direxit medum contra Capitulum S. Cu-  
 stadij, Episcopem Flaminij Moroli, qui Secretariatum vendidit ei-  
 dem Somersetto, sed etiam aduersus hereditatem Francisci Votalarey,  
 qui illam memorato Flaminio assignauerat, et geminas fauorabi-  
 les sententias, alteram nempe ab A. C., alteram uero in e.º. instancia  
 a B.º. D. meo Molines Decano reportauit, coniunctè condemnasse

Capitulum predictum ad restitutionem 8000. pro eodem reperis  
in hereditate Moroli, et hereditatem Vocalarum ad restitutionem alio-  
rum 8000. insimul constituebantur summam 14500. pro quibus  
Princeps Secretariatum a Morolo tibi assignatum acquisiveras.  
Cum autem de istius posterioris sententia viribus in hodierna audientia  
dubitari contingerit, eadem tanquam iuxta Domini confirmationem pro-  
bit adire non existarunt.

2. Iuris enim in Jure est conclusio, quod sequuta aductione rei  
ex titulo oneroso conquisita, Imptori Spoliato semper datur actio  
de evictione ad sept. expretum in L. non dubitatur C. de evict. cu-  
alijs in precedenti decisione edita coram Bmo D. meo Decano 9<sup>o</sup>  
Junij prox<sup>o</sup>. Quatenus enim; Cum itaque D. Princeps in suggestio-  
nis Secretariatum predicti, quem mediante solutione 14500. a  
Somersetto acquisiveras, nullum pretium a Camera reportaveris  
ob illius gratuitam donationem originarii factam clar. meo. Card.  
Francisco Barberino, indubitate Juris est, quod ad fauorem dicti  
Principis militas ratio pro eiusdem pretij restitutione medum cond.  
hereditatem d. B. D. Somersetti eius immediati Tutoris, sed etiam  
contra hereditatem Francisci Vocalarum, et Capitulum S. S. Gustavij  
Debitorum prefati Somersetti, cum creditorum valeat iuribus sui de-  
bitoris contra istius Debitorum, eorumque heredes ad sept. in L.  
nomen 4<sup>o</sup> ubi gloss. C. que res pign. oblig. poss. Merlin. de pignor.  
lib. 2. tit. 7. §. que res. 30. n. 4. et seq. Nota coram Celo. decis. nos.  
n. 4. et in d. Decisione Bmi D. mei Decani S. Eis possis.

Et sine difficultate in casu Evictionis, quia Defensorum Capituli  
predicti hereditatis Vocalarum, agnoscentes nullum quod ipsi  
superesse ad repellendam Principis actionem in hoc iudicio, non  
informant, sed alteram pro liberatione a molestijs jamdiu ab ipsis  
aduersus proprios auctores instructum sedulo prosequuntur; Defenso-  
res nempe Capituli aduersus d. hereditatem Vocalarum, que est  
immediata Tutoria Moroli, cuius Capitulum est d. p. Scribentes  
vero pro hereditate pred. aduersus D. Principem Barberinum  
heredem clar. meo. Cardinalis Francisci originarii, Tutoris, contra  
quem in ista instantia provia decisione coram me edita 14 Janua-  
rij prox<sup>o</sup> jam fuit pronunciatum constare de re iudicata.

Lotharj.

Bono.

Bononiens. Cappellani,  
Ven. 11. Martij 1701.

427.

## Argumentum

Pro iustificatione gratis, derogationis mediocratis uocum, probata  
existentia Juris patronatus Sufficit docere Presentantem per  
periri in quasi possessione nominandi, cum Papa precedentem  
Statum unice attendat.

## Summarium

1. Arbitrium regulatur a iure.
2. Littere apostolicas quando sunt iustificatae, ueniunt exequendae.
3. Arbitrium non intrat ad retardandam executionem litterarum, quae sunt iustificatae.
4. Presentationes excedentes metam trium saeculorum probant existentiam Juris patronatus.
5. Pontifex in concedendis gratis pro presentato unice attendit presentacionem factas ab existentibus in quasi possessione presentandi.
6. Gratia derogationis mediocratis uocum operatur, ac si illam obtinens fuisset ab omnibus Patronis presentatus.

## Decisio CCXXXVII.

Sequuta vacatione Cappellaniae S. Martini creatae  
in Metropolitana Ecclesia Ciuitatis Bononiae, Josephus uero  
Lotus ad illam presentauit Camillum de Zipsis, Nicolaus uero, et  
Sebastianus de Cortinis nominarunt Dominicum Mariam de  
Vincentijs, qui gratiam pro presentato cum derogatione mediocratis  
uocum desuper a Dataria obtinuit. Directa autem ad Ordinarium  
Bononiae, Litterarum executione, cum illius Vicarij  
Generalis eas exequi mandauerit, commissa mihi successorie  
fuit causa cum clausula pariter Litteris arbitris Corae, ad cuius  
normam subscripsi Dubium An in hoc arbitrium pro retardatione  
executionis Litterarum apostolicarum, quod negatiue

Eodius resolutum fuit

1. Arbitrium enim regulatur à jure, unde cum jus prescribat,  
 2. quod quando Literæ prout sic apparent justificatæ omnino veniant  
 executioni demandandæ ad Text. in cap. si Capitulum de concess. Prae-  
 bend. in 6. Cos. in Mediolanen. Prioratus u. abris 1699. §. ste-  
 tis, et 15. Februarij 1700. §. Perstringentes coram Bmo D. meo Deca-  
 no, nullum propterea intrare potest arbitrium pro eadem executio-  
 ne actar danda ex firmatis per Cos. in recens. Decis. 154. n. 7.  
 par. 12. Decis. 83. n. 1, et seq. par. 17. et in Aurien. Cantuig. 20.  
 Ambris 1696. §. 1. coram Me.

- Justificatis autem Literarum patet, quia vacatio Cappel-  
 laniæ, admittitur à Camillo, cum et ipse veniat ex eadem vacatio-  
 ne Felicatus, et idoneitas Dominici Mariæ probantur ex at-  
 testatione Ordinarij Summaris n. 1. et 2. Valor in Literis  
 expressus demittitur ex attestations Notarij, Spoliorum d. Summaris  
 n. 3. quod Cappellania sit de Jurepatronatus Saicorum clarè  
 resultat ex presentationibus ab anno 1387 in antea semper conti-  
 nuatis, ac suum effectum sortitis d. Summaris n. 6. et seqq.,  
 4. quæ tanquam excedentes metam trium saeculorum, et ultra con-  
 arincunt existentiæ juris patronatus, ac si fundationis instrumen-  
 tum exhiberetur iuxta consil. Oldrad. 229. quod sequitur Cos.  
 Dec. 154. n. 3. Lib. 3. divers. Decis. 106. n. 4. et seqq. lib. 1.  
 coram Pub., Decis. 172. n. 1, et 2. vers. absque eo quod co-  
 ram Buratt., et in recens. Decis. 19. n. 4. et seq. et Decis.  
 245. n. 9. et seqq. et n. 61. par. 9. quodque demum presentatio  
 pertineat ad Corsinos optime liquet ex ultima vacatione sequen-  
 te de anno 1680. In illa enim cum ipsi nominaverint Jaco-  
 bum de Julianis, qui postea virtute similis gratiæ pro presentato  
 Cappellaniam pacifice retinuit usque ad obitum ex quo processit va-  
 catio contingit, Decis. anè immediata presentatis suum effectum sorti-  
 tas sufficit pro justificatione gratis, per Dominicum Mariam ob-  
 sente, etiamsi non constaret predictos Corsinos esse veros, et  
 5. indubitatos Patronos, cum Papa in dispensationibus concedendis unice  
 attendat presentaciones factas ab illis, qui reperiuntur in qualif.

posset

possessione presentandi iuxta normali famigerati. Sept. in cap. Consultationibus de jure patron. Bos. de Execution. Lit. apostolic. cap. 4. n. 1. 31. et in addit. ad cap. 5. n. 47. Botw coram Terr. Decis. 604. n. 4. et seqq. in Isclana Beneficij s. Libris 1696. S. 1. coram Me, et in dicta Mediolanen. Patronatus 11. Libris 1699. S. Jusuere de 15. Februarij 1700. S. Ad gratificandam cum seq. coram B. m. D. meo Decano.

Quod quidem tametsi exuberare videatur, ut minime intrare valeat arbitrium pro retardatione executionis litterarum Apostolicarum, nihil tamen minus Dominicus Maria docuit ulterius in j. patronatus ad Gwinos etiam in proprietate spectare. Constitit enim ex longa presentacionu serie relata in dictis summ. n. 6. et 7. dictum J. patronatus originarie pertinuisse ad illos de Cardonis, et successivè ex titulo venditionis de universis eorum bonis, et juribus transiisse in D. no de Perinis, ut liquet ex antiquissima sententia lata a Vicario Generali Pisano usque de anno 1495. S. Summario n. 9. etque ex contemporanea confessione facta ab illis de Cardonis S. Summario n. 10. Lit. 2. unde cum de anno 1512. Canonicus Antonius Perinus unicus tunc temporis Patronus in eius ultimo testamento declaraverit J. patronatus in defectum ipsius Expedition, eorumque Descendentium spectare debere ad Sebastianum nicola. Corsini de Cascina, eiusque filios, et Descendentes Masculos, certum est, quod defectis eisdem omnibus Expeditionibus Canonici, eorumque Descendentibus factus fuit locus substitutioni fauore Moderorum de Corsinis, qui Dominicum Mariam presentarunt, cum ipsi descendant a memorato Sebastianus de Cascina in testamento substituto, ut alia recognita, ac firmata fuit ab hoc sacro Tribunali in Pisana Parochialis 17. Junij 1609. S. de vacatione coram Bon. meo Benincasa, 27. Februarij, 1690. S. nulla enim cum seq. coram B. m. D. Manuel Episcopo Zamoren, et 9. Libris 1695. S. Semper enim coram B. P. D. et in Pisana Cappellania, 27. Febr. 1690. S. presupposito coram B. m. D. Manuel.

Quod non obstat presentatis facta a Joseph de Ugolotto in personam Camilli de Lipto; Quoniam idem non est in qual. possessione presentandi; Et quamvis de anno 1533. quidam Bernardinus Ugolotto nominaverit in Cappellanum Joannem Fran.

de Trabis, utamen ultra quod illius presentatio acriser' conuouens  
 fuit ab alij Patroni d. Summ. n. 6. accurre etiam responsio, quod  
 cum dicta presentatio expleta appareat pro rata Juris patronatus  
 dumtaxat, si in omnem casum dictus Joseph non iustificat eandem  
 ratam dicit Juris patronatus medietatem excedere, presentatio ab eo fa-  
 cta in nulla unquam haberi poterit consideratione, si quod iure prede-  
 present cum ob gratiam derogationis medietatis vocum. si quod ius ex  
 eadem presentatione spectare potest ad Ugolaum, conseatur sublatum et  
 habeatur, acti Dominicus Maria finet ab omnibus Patronis presenta-  
 tus ex notatis per Zarz. de benefic. par. 5. cap. 1. n. 585. Cetera coram  
 Cerr. deuis. 196. n. 15. et seq.

Et si altera tantum.

Romana Pecuniaria, seu Arentatorum  
 Vener. 15. Aprilis 1701.

### Argumentum

Confirmatur Decisio edita sub die 20. Ianuarij 1700. in  
 ordine La. 181, in qua conclusum fuit Procuratorem, seu  
 Executorem Testamentarium habentem mandatum cum li-  
 bera, necesse obligare suam Principalem, si pro explendis ne-  
 gotijs sibi commissis pecuniam etiam sub usuris sumpsit.

### Summarium

1. Hypotheca resultat ex obligatione Camerali.
2. Creditor prior in tempore est prior in iure.
3. Per acceptationem Literarum Cambij, quis efficitur p'lis debitor.
4. Medium sine quo Procurator non potest mandatum expleo,  
 debet semper censeri a Domino permissum.
5. Facultas accipiendi pecunias sub usuris contenta est sub  
 clausula cum libera in mandato apposita.
6. Procurator non dicitur excedere fines mandati dum ea  
 gerit, quae pro eisdem negotijs Principalis solitus erat  
 expleo.
7. Mandatum ex quibus resultat.

Decisio



Acenimam, ac satis inuolutam controuersiam inter Ioannem Franciscum Gerardum, et Marchionem Nerlium super nonnullis attentatis Vincinde presentis exortam, Longèquè in nostro Tribunali discussam, dirimere tandem Dni statuerunt median se cognitione boni Iuris, quo alterutra ex Partibus proiretur, Disputato igitur congruo dubio an, et decuis bono iure constaret etiam ad effectum Auctionatorum, sub die 20. Januarij, 1700. prodijt resolutio fauorabilij fauorabilij Bernardo, alijsque de Gerardis dicti Joannis Francisci Successoribus; Qua Eodìe ad examen reuocata, cum comperitum fuerit subtrahere fundamenta decisionis, persistitum fuit in decisio.

Non enim potest impugnari quod creditum illorum de Gerardis sit tempore antèius, quodque habeat pro se Hypothecam resultantem ex obligatione Camerali in Literis Cambrialibus exarata, unde licet pro uero admittatur creditum Marchionis Nerlij, adhuc tamen ipse in Concursu nullatenus poterit sui Crediti Satisfactione expectare resistente sibi regula text. in l. qui prior ff. qui potior in pignor. habeans. ut in decisione Cause d. Quamuis enim.

Minusque de eius realitate, modo Superius dubitandum nam presentis defectus facultatum respectu Petri Mandain, et Sebastiani Luena, qui nomine Antonij Ongay, et Blasij eius Heredis debita cum eodem Jo. Francisco separate contraxerant, undique sublata remanet ex facti Circumstantijs in presentia mea Decisione expressis. Et quidem quoad Sebastianum difficultas remouet expressa acceptatio Literarum Cambij emissa per dictum Blasium, qua mediante ipse effectus fuit debitor principalis iuxta text. in l. qui enim d. r. ff. rem rat. Ead. cum Concordantibus relatis in decisione d. meè subsistit.

Quo uero ad Petrum eius facultas rectè desumpta fuit ex Testamento Antonij Ongay; Cum enim iste Petrum pro suo uero expeditioni negotiorum, quibus ipse dum uiueret, addicebatur et insuper ad hunc effectum eidem facultatem tribuerit omnia, et singula peragendi, quæ fuerint necessaria, et opportuna cum amplo libero, et generali mandato dupliciter hinc resultat facultas suamendi Pecunias ad Cambium, cum scilicet quia hoc dicitur medijs

quo negotia expleri debebant, quod semper dicitur permiffum, ubi  
 5. finis fuerit exoptatus. Cum etiam quia hoc ipsum contineri dicitur  
 sub generalitate verborum quibus Testator usus fuit pro-  
 ponendo Petrum negotiorum expeditioni, ut Latè probatum fuit in d.  
 mea Decisione S. huiusmodi Contractus cum Gerardo eplae causa inire  
 6. Testatoris, qui cuiusmodi Contractus cum Gerardo eplae causa inire  
 consueverat, quo stante id facilius permiffum censei debet Procuratoris  
 ei, qui nunquam dicitur fines mandati excedere, cum generis ea,  
 quae suis Principalis pro effectuandis eisdem negotijs explere solebat  
 ut dicitur Nota in decisi eius Cause lat. 73. m. 10., et Legg. par. 15. recentis.

Et quilibet cessat amaritudine ex uertione Pecuniarum per Petrum  
 7. receptarum à Gerardo in utilitatem Blasij Expedis, dum illa implicatae  
 fuerunt in expeditionibus negotiorum, et cursus eorum subsequuta eiusd.  
 Blasij acceptatione, prout satis Dni comprobatum existimantur ex do-  
 cumenis in praesentia propositione sedulo ponderatis. His enim concur-  
 rentibus Mandatum facilius intercepisse praesumitur, cum aliam rei  
 Petrus cum Blasio utilem cum proprio incommodo procurasset, omni-  
 usque Blasius eorum habuisset contractam à Petro celebratam, ut demon-  
 stratum fuit in decisione S. His insuper, et S. Et denique.

Nec obstat, quod Petrus eadem non potuisset pro uero Inhibitoris,  
 ex eo, quod ad hunc effectum deficerent opportuna requisita. Nam in spe-  
 cialitate Negotij, pro cuius prosecutione necessarium erat ad alie-  
 num contrahere, et considerata voluntate Testatoris, qui illius conti-  
 nuationem Petro liberè commiserat, exinde succedit, quod praesentis  
 etiam à qualitate Inhibitoris, idem Petrus tanquam Procurator In-  
 herens, et Executor illius Testamentariae dispositionis, optimè ualuerit  
 pro effectu ab ipso exoptato ad Cambium Pecunias suscipere, et Bla-  
 sium heredem ex suo Contractu obligare.

Titulò altera tantum Parte informante, Mandatione uero  
 dilationem petente, conclusum fuit omnibus DD. Suffragantibus.

In sen. Simonis, seu Confidentis,  
 Ven. 18. Aprilis 1701.

Argumentum  
 Simonis ad effectum priuationis Beneficij iam obsecanti  
 quando

quando, et ea quibus dici valeat iustificata.

## Summarium

1. Simonia ad effectum privationis Beneficij iam obtenti debet etiam in iudicio civili plene, et concludenter iustificari.
2. Nec admittuntur Coniecturae quoties non sint perfecte probatae, et ad aliud non referibiles.
3. Testes sine citatione Parsis examinati non probant.
4. Examina Testium factum prius super articulis, quam super interrogatorijs dicitur nullum.
5. Ad probandam Simoniam necessario constare debet de praecedentibus pactis, et conventionibus.
6. Testes singulares non admittuntur in causa privationis Beneficij.
7. Offertio Resignantis post perfectam resignationem circa pacta Simoniata Resignatario non videtur.
8. Continuata possessio per Resignantem etiam post factam resignationem etiam post factam resignationem arguente in Parses super de illa praecedenter conventum.
9. Simoniae si ultra possessionem expressam consistet Obedictio praecedenti pacto.
10. Casante conventionem possessio referenda est ad titulum gratitudinis, et liberalitatis.
11. Vel ad illum familiaritatis si inter Resignantem, et Resignatarium Sanguinis Coniunctio intercedit.
12. Simonia non probatur ex simplici fama.
13. Praesertim si non constat a quo illa origine duxerit, et quo tempore, cum potuerit habere initium ab ipsa lite.
14. Testis informatis licet pro negativa deponentibus credendum est.
15. Optima fama Resignantis, et Resignatarij praesumere facit omnia fuisse citra Simoniae labem gesta.

## Decisio CCXXXIX.

Quo interim, quod in nostro Auditorio agendum erat, an Joseph de Xarvo pro reportanda a Salvatore Lopez Resignatione Parochialis de Vinue, seu Confidentialiam commiserit, vel ne proit

Fiscus Episcopalis Curiae Sacens. in partibus insteterat Joannes de la  
 Sierra, de fisci Juribus confouendo, sub expressione eiusdem patris  
 Criminiis, dicitam Paroecialem à Dataria impetrauit. Unde efformato  
 Dubio gemino, disputationis completius = An scilicet constaret de si-  
 monia, seu Confidentia adeo ut Gratia Apostolica esset exequenda, illud sub  
 die 27. Nov. 1699. Patribus decidendam obtuli; nullam tamen capta re-  
 solutione iniunctum fuit, probationes coadiuvari, et testes esse firmi re-  
 examinandos. Nos igitur ex ploto examine, iterumque eodem a sumpto di-  
 scussione dicti Dubij, cum ad huc irrelevantes apparuerint probationes  
 contra Josephum deductas, resolutum fuit = Non constare de simonia  
 seu Confidentia, et Gratiam non esse exequendam.

- Præmissis etenim, quod ubi simonia in Iudicium fuerit delata  
 2. ad effectum privandi aliquem Beneficio jam obtento, prout contingit in  
 presentibus, ea debet etiam in Iudicio civili plenè, ac conclusenter iustifica-  
 ri iuxta prævicam Elone in capis. veniensæ. de Pestib. quam Com-  
 munitè sequuntur Abb. Etidem n. 4. Paris de confid. quest. 64. n. 13.  
 et segg. Jondut. quest. benef. par. 2. cap. 5. §. 1. n. 13. Card. de  
 Luca de Benefic. discurs. 70. n. 5. Marquet. lib. 2. variar. cap. 35.  
 n. 29. Henr. ad Baratt. decis. 445. n. 15. Cotta decis. 1099 n. 1.  
 coram Seraphin. decis. 238. itaque Ad. coram Gregor. decis. 352.  
 n. 1. et segg. coram Cavaler. decis. 78. n. 13. Decis. 250. n. 30.  
 Decis. 267. n. 6. par. 1. 2. decis. 116. n. 14. et 15. et decis. 207. n. 8. et  
 9. par. 17. recent.

- Quodque admitti non aaleat Coniectura, et Presumptio-  
 nes nisi fuerint perfectè probate, et ad aliud non referibiles. Ita  
 2. cons. 299. n. 13. Far. in d. Simonia n. 18. Paris de resignat. lib.  
 24. quest. 8. n. 14. Lovet. de re benef. lib. 3. quest. 39. n. 55. et  
 segg. Cotta decis. 236. et decis. 517. utrobique n. 2. coram Gregor.  
 dicta decis. 1099. n. 2. coram Seraphin. d. decis. 352. n. 3. coram  
 Cocin. et d. decis. 116. n. 6. par. 17. recent.

- Hinc Descendentes Dni ad examen. Probationum contra  
 Josephum deductarum, eas perfectò irrelevantes esse censuerunt.  
 Siquidem testes ad instantiam fisci examinati, ultra exceptiones,  
 quas in Personis, et in dictis patiuntur, satis propulsari videbantur  
 3. et eo quod fuerunt examinati non citato eodem Josepho, cui proinde  
 obesse non possunt ad Pest. in cap. 2. de Pestib. Farnacc. de Pestib.

quest. 72. n<sup>o</sup>. 1. et seqq. Praecipue in materia ad eum relevanti, et sole-  
nes probationes exprocent, ut supra probatum fuit.

4 Minusque requiritur probatione pro se ferunt alij testes sumis  
examinati. Cum quia prius fuerunt requisiti Super Articulis, et de in-  
de Super interrogatorijs, quod quidem nullitatem importat, cum de  
Iure examen e Conuerso expleri debueret, prout etiam in remissionalibus  
Literis prescribitur, nisi alios testes ex Seruo Articulorum instructi  
ad Interrogatoria descendant Vbi de arationib. tom 3. cap. 13. no.  
223. cum ibi allegatio.

S. In id etiam quia in dicto nihil concludunt; Nemo enim deponit  
inter Resignatorem, et Resignatariam in ista ex ordine procedentes  
Simoniacas, seu confidentiales Conuentiones, de quibus tamen, ut potest  
essentialiter requisitis ad Constituendam Simoniam, testes praesens  
deponere deberent ad Sept. in cap. Artaldus 8. quest. 13. Vermigliol.  
cons. 353. n<sup>o</sup>. 1. Paris. de Confid. quest. 70. n<sup>o</sup>. 13. Card. de Luca de  
Benefic. disc. 70. n<sup>o</sup>. 4. et disc. 127. n<sup>o</sup>. 2. Bota decis. 1029. n<sup>o</sup>. 8. coram  
Seraphin. decis. 238. n<sup>o</sup>. 8. et 9. decis. 317. n<sup>o</sup>. 30. coram Gregor.  
decis. 93. n<sup>o</sup>. 6. et 7. par. 4. tom 2. decis. 538. n<sup>o</sup>. 10. par. 4. tom 3.  
decis. 78. n<sup>o</sup>. 8. decis. 267. n<sup>o</sup>. 7. et decis. 345. sub n<sup>o</sup>. 14. par. 12.  
decis. 141. n<sup>o</sup>. 16. et 17. par. 16. et decis. 116. n<sup>o</sup>. 17. et 31. par. 17. rec.

6. Abique eo, quod cuiusmodi Pactiones probatae dicantur ex  
pluribus Conuentionibus emissis a Resignante circa id, quod Joseph  
Pacta seruare debebat; In hoc enim testes non probant, cum sint  
singulares, qui in eis terminis, ubi scilicet agitur ad effectum pri-  
uationis non admittantur Alex. cons. 130. n<sup>o</sup>. 6. lib. 5. Farinae.  
cons. 78. n<sup>o</sup>. 27. vers. Etiam quia, et Bota post d<sup>m</sup>. Cons. 73. et seqq.  
et decis. 1029. n<sup>o</sup>. 11. coram Seraphino decis. 93. n<sup>o</sup>. 8. par. 4. tom 2.  
decis. 141. n<sup>o</sup>. 5. par. 16. et decis. 116. n<sup>o</sup>. 20. par. 17. recens.

7. De quatenus etiam probarent, nullius essent relevantis, nisi  
quidquid dixerit resignans de Simoniaco Pactis post perfectam resig-  
nationem, praedictum inferre non valet Resignatorio ad aelatum  
Sept. in cap. veniens 2. ubi Gloss. de Resig. condus. quest. benef.  
par. 2. cap. 5. §. 1. n<sup>o</sup>. 10. Paris. de Confid. quest. 66. n<sup>o</sup>. 22. Louen de  
Benefic. quest. 29. n<sup>o</sup>. 73. Bota d<sup>m</sup>. decis. 1029. n<sup>o</sup>. 3. coram Se-  
raphino decis. 141. n<sup>o</sup>. 24. par. 17. recens.

Minusque consultare possunt ex eo, quod Joseph antequam

resignationem reportaret, dixerat ei sufficere Salarium alteri Vicecurato dari solitum. Quoniam propter Exceptionem Singularitatis, quae pariter afficiuntur Debes de Eo deponentes, non probatur, Josephum ita dixisse Rabito respectu ad tempus sequentis resignationis, Idcirco cum eadem a peritis referri possint ad Stipendium, quod Josephus consequi debebat pro expleto munere Vicecurati, ex ea propterea nihil certi deduci valet.

Et demum praecedentes tractatus, et Conventiones, perperam deducuntur ex eo, quod Saluator Resignans etiam post sequentem resignationem in possessione Curatoriali permanserit, percipiendo illius redditus, et functiones Curariales peragendo prout deponentes debent, et ipsemet Josephus coram Ordinario Constitutus admisit, Super quo maximum constructum fundamentum, dum ex iurimodo subrogatis articulis inferri dicebatur, ita fuit inter Partes praecedenter convenit iuxta prescriptum Bullae Beati Lij V. in ordine La 85. S. 40, et in Lij terminis probant Paris. de Confid. quest. 32. n. 2, et seqq. et Maior. de irregular. lib. 5. cap. 26. sub n. 5. vers. Sed et si nulla

Siquidem licet, attentis Piana Constitutione, subsequente Josephus non leuem pro se ferat presumptionem Simoniacae Confidentiae, nihilominus tamen Simonia sed etiam requiritur, quod processerit ex Pacto praecedenter firmato, ut in terminis dictae Constitutionis firmantur citat. Paris. quest. 26. n. 4. Vermigliol. cons. 353. Nota decis. 350. n. 2. coram Pen. Decis. 238. n. 1, et 8. et decis. 317. n. 30. coram Gregorio.

Cum itaque ex praemissis nullatenus constiterit de Conventionibus praecedentibus, venit proinde affirmandum Josephum non ex causa Simoniacae, seu Confidentiae, sed potius ex proprio Animi liberalitate, et gratitudine, Saluatori Resignanti fructuum perceptionem permittere, ut notant Top. in cap. Etiam si uers. Postmodum p. ma. quest. 2, et 22. in d. cap. Veniens 70. de Relic. Sanchez, cons. moral. lib. 2. cap. 3. dubio. 34. n. 6. Couter. de re benefic. quest. 29. lib. 7. n. 47, et 53. Nota decis. 93. n. 6. x. et 13. par. 4. tom. 2. et decis. 207. n. 33, et 34. par. 17. rec.

Præsertim quia Resignans, et Resignarius erat & cognoscitur

12. tionis vinculo adiuncti, et insimul habitare solebant. Quibus san-  
 ctibus vinculis suspensio panis frigerere uisa fuit cum Por-  
 semio referri debeat ad titulum familiaritatis, et Amicitiae, ut  
 alias in sermone dicitur Piana Constitutionis, San. me. Gregorius XIII.  
 approbante decisum referit Paris. d. tract. de Confid. quest. 56.  
 n. 6. et seqq., et obseruans Vermigliol. d. cons. 353. n. 16., et 17.  
 et Nota decis. 109. n. 2.°, et 3. par. Cons. Farinacc. tom. 2.°.

13. Exclusa usque adhuc Probatione Simoniaci ex particularibus  
 Circumstantiis, frustra ulterius allegari uidebatur, quod Testes  
 deposuerint, de hoc crimine famam fuisse exortam. Quoniam  
 in hac materia, ubi, ut praemissum fuit, requiruntur Probatio-  
 nes certa, et indubitatae, ex fama nulla resultat, probatio Dec.  
 cons. 210. ad fin. Gabriel de Probac. conclus. 1.ª n. 17.  
 Paris. de Confid. quest. 64. n. 23., et quest. 66. n. 27. Not.  
 decis. 109. n. 6. coram Seraphin. decis. 517. n. 23. coram Dur-  
 gor., et decis. 207. n. 30. par. 17. recent.

14. Propriis sententiis, quod Testes non deponunt, quod tem-  
 pore fama uigere cepisset, quod tamen erat praeiudicium iustificandum,  
 cum siquidem initium sumere potuisset ab ipsa Lite, ut ponderatum  
 fuit coram Verallo decis. 9. par. 2., et in recent. par. 12. decis.  
 420. n. 15., et par. 17. d. decis. 207. n. 28., et 29.

15. Caterum ad magis magisque excludendam Simoniam, seu  
 confidentiam Labem, non leuiter urgere debent ponderantes, Re-  
 sses mediatores deponentes, nullum illicitum Pactum interces-  
 sine pro hac resignatione obtinenda, quibus, ut potest informari-  
 tis Licet pro negativa deponentibus credendum esse firmat  
 Farinacc. de Testib. quest. 65. n. 241.

16. Et insuper eleuare uisa fuit Bona fama rati-  
 onabilis, quam Resignatarij comprobata omnibus Testi-  
 bus, qua concurrente, omnia iure, et citra Simoniam gesta praes-  
 sumi debent, ut probant Vermigliol. cons. 36. n. 13., et seqq.  
 Farinacc. in prax. Cuius quest. 47. n. 18., et Nota decis. 207.  
 n. 39. par. 17. recent.

Et ita utraque

Romanae Quartae dotalis  
Ven. no. Aprilis 1701.

Argumentum

Quid veniat in Dote calculandum, et ob illa a respectu detrudendum ad effectum dimetiendi Quantitatem Lucrum dotalis debiti uxoris ex bonis Secundi Viri post defuncti.

Summarium

1. Ex quibus excludatur nullitas sententiae Rotalis ob illius discrepantiam à Decisionibus.
2. Lucrum dotale per Statutum Urbis defertur utrique Coniugi equaliter, et n. 9.
3. Assertio facta in precibus Principi ponctis non nocet, dum non apparet emina in actu proportionato.
4. Nec probatione quantitatem dotis quando ea facta fuit ad cautelam, et cum a relatione ad Capitula matrimonialia.
5. Credita, seu iura inexigibilia non debent in Dotem computari ad effectum augendi Lucrum dotale.
6. Ususfructus regulari debet iuxta Sept. in L. Hereditatibus ff. ad Leg. falcid.
7. Et quidem Rabica consideratione ad usum usufructuarij.
8. Limita quando Calculus cadit super usufructu in Dotem dato ad effectum augendi Quartum, quia tunc non videtur Uxoris usufructuarij, sed probabilis Superuiventia Mariti consideranda est.
10. Dispositio L. Sac. Edic. C. de Secund. nupt. Locum non habet in casu probitus d. Viri
11. Mutua respectiva debet inter Coniuges intercedere. Quando ea non dicatur concurrere n. 12.
13. Dispositio d. Leg. Sac. Edic. quae est inducta fauore filiorum <sup>om.</sup> Matrimonij, non debet in illorum d. diam. detr. queri.
14. Lucrum debitum uxori ex v. Matrimonio tam g. eda



usum fructuum, quam quoad proprietatem ipsi debitorum est.  
 15. Renunciatio L. Hac edictali expressam mentionem requirit.

## Decisio CCXL.

Duplici velamine nullitatis scilicet, et Iniustitiae Infor-  
 mantis pro Olympia Massa offuscare satagebant geminas Sen-  
 tentias Rotales in hac causa prolatas, et ita effugere conabantur  
 applicationem Statuti Urbis cum tunc duabus Sententijs tribuen-  
 tis, ut potè Locum sibi vindicantis in ea tantum Expressi, qua  
 Sententia valide, et jure, emicarent. Verum Dni nullatenus  
 exceptionibus indigentes, prefato Statutarie dispositioni Locum  
 esse autumarunt.

Non enim visa fuit releuare nullitas deducta ex eo  
 1. Quod in prima Sententia lata per R. P. D. meum Caprarum con-  
 demnata fuerit Olympia ad restituendum quidquid percipis ultra  
 1757 ei reservata pro Lucro dotali, nulla praemissa reservatio-  
 ne fructuum pro eodem Lucro debitorum a die sequente interpella-  
 tionis, et in precedentibus Decisionis Admissorum. Quoniam cum fruc-  
 tus debeantur in Sequelam Judicij, Super Sorte intentati, ear-  
 dem Sorte proseruata, consequenter fructus etiam intelliguntur  
 ab onere restitutionis exclusi, licet in Sententia expressi non  
 fuerint, ut firmatum fuit in breui Decisione Super eadem  
 difficultate sub die expeditionis 10 Maij 1707. per R. P. D. meum  
 de La Caemille expressa.

Minusque patuit Iniustitia. Licet enim plures,  
 ingentesque effectus fuerint in Capitalis Matrimonialibus,  
 et in Instrum. dotali descripti, cum tamen eorum quolibet  
 discussis apparuerit, Dotem uerè non excessiue scata 6000. me-  
 aris proinde declaratum fuit, ex eis tantum, quartam partem  
 pro Lucro debitam esse; Admissa insuper diminutione, quam  
 propter existentiam filiorum Olimpia, ex primo Matrimonio  
 Susceptorum, vigore L. Hac edictali C. de Secund. nuptijs, pa-  
 sus fuisse Prissoplarus vbalidus vir, si ei Lucrum defeni-  
 contigisset, nec alias uxor plus viro consequi posse admittatur.

2. contra literam statuti, utriusque Coniugi Lucrum æqualiter tribuentis ad firmata per Fenron. ibidem lib. 1. cap. 37. n. 31. et 32. cum alijs relatis in decisione 16. Junij 1698. S. Ex Lacausen coram B. P. D. meo Caprara.

3. Absque eo, quod obstat Confessio emissa in precibus summo porrectis occasione obtinendi Derogationem Constitutioni Sixtinae ad Dos narrata fuit <sup>Sum. M.</sup> 18. Quoniam eiusmodi assertio tunc probaret Dotis quantitatem, nec esset impugnabilis, si emissa fuisset in Actu proportionato, et inter Partes expleto: Cum uero in suspensi-  
 4. sa <sup>sa</sup> 18. fuisset Summo Pontifici enunciata ad alium effectum, et ad maiorem cautelam relatione ad Capitula Matrimonialia prece-  
 4. denter firmata, nullatenus exinde erui aulet certa probatio quantitatis Dotis, ut late firmatum fuit in dd. Decisionibus 16. Junij 1698. S. nec suffragatur cum sequenti, 17. Junij 1699. S. His positis coram B. P. D. meo Caprara, et 14. Apris 1699. S. Ac proinde coram B. P. D. meo de la. Croixille.

Prout nec subsistit, quod integras Dos iniuste fuerit valuata pro solis <sup>is</sup> bobo. Dum est roquin censeari debere longe maioris quantitatis assertio sum Juribus fideicommissi (a Douice) Constituti in dotem traditis, cum etiam Quarto dotali quod annuum fructum Olympia debito in Bonis eius primi viri etiam in dotem assignato siquidem Iura dicti fideicommissi laud prope-  
 5. ferre valuerunt opusum incrementum; Quidquid enim dicendum sit, an idem fideicommissum ad huc duret, vel fuerit exotinesum, ut late probatum fuit in 2. Decisione B. P. D. Caprarae a S. Quatenus atinet = Omnis certe difficultas remouetur ex eo, quod cum agatur de fideicommissis admodum dubio et antiquis: Simo, quod nec ipsa, nec Olympia, neque eius Pater, aut pri-  
 5. mus Vir accusarunt, et de quo ulterius scriptura non fuerant.

5. Aristoflano Documenta requisita, ex his profecto Iura pro-  
 5. fata reputari debent inexcusable, et in proposito pro effectibus dotalibus haberi non possunt Bon. de Dote cap. 2. n. 49. Fenron. ad Stat. Urb. cap. 131. n. 27. et seqq. cum alijs rela-  
 5. tis in prima decisione eius Cause S. Hec eadem coram B. P. D. meo

meo Capraras, et in alia coram R. P. D. meo de la Caemille S. m. -  
 noris ponderis.

6. *U*sus fructus autem dicti Lucri dotalis fuit congruus admodum,  
 dum pro eo aucta fuerunt <sup>ca</sup> 300. quanti estimari debebat. Duceo Cal-  
 culo ex Sept. in L. *Aspeditatum*, ff. ad L. *falcid.* iuxta quem usum  
 fructum esse regulandum firmavit Bona deus. 406. n. 9. par. 9.

7. *H*aud subtrahente, quod dicta usus fructus valutatio fieri de-  
 beret ad terminos dictae L. *Aspeditatum*, considerata tamen vita  
 Olympiae usufructuaris, quem admodum usus fructus ab initio esti-  
 mationem recipere solet. *Surd.* cons. 451. n. 37. *Ad.* ad *Gregor.*  
*deus.* 186. n. 6. *Merlin.* de *legit.* lib. 5. tit. 3. q. 1. p. 8. à n. 7.  
 non uero uita *Crisophrani* proit in hac valuatione processum  
 fuit.

8. *T*enim quidquid aetate *Autoritates* simpliciter firmaver-  
 unt, circa id, quod usus fructus recipiat ab initio valuatione  
 considerata vita usufructuarij, cum eis tamen nullatenus est  
 procedendum ad hunc effectum regulandi Lucrum. Quia cum usus-  
 fructus, seu commoditas percipiendi fructus in dote tradita,  
 cessaverit respectu Viri, sequuto eius obitu, inde succedit, quod *Criso-*  
*stropharus* ex *D.* *usufructu*. Aliud in Dote non recipit, quam quod  
 ipso vivente consequi potuisset. Proptereaque calculus fieri de-  
 bet ad natam sempiternam, quo Viro uitz *Spes* superetlet nisi alius contra  
 equitatis dicatamen citra ullam commoditatem dotis augmentum *Sub-*  
*ca* teneatur, ut ratiocinantur *Decisiones*, *p.* namque in *D.* *Acc-*  
*cedit* *ca.* *Secunda* *D.* *ca.* uero; *et* *ca.* *D.* *Pratermissa*.

9. *F*irmato ex his, quod Lucrum non debeat, nisi ad mensu-  
 ram <sup>ca</sup> *Bobo*. in quibus fuit vera Dote consecuta, eandem vigere  
 visa fuerunt, ea, quae pro adituenda sententiarum Injustitia  
 subnecebantur contra Superius recensitam Lucri diminutionem in proce-  
 dentibus *Insantijs* admissam propter exiscentiam filiorum *Olympis*  
 ex primo Matrimonio. Ita etenim diminutis fundatae ex-  
 istit in eo, quod Lucrum, & qualiter utriusque Coniugi est deferen-  
 dum, ut supra firmatum fuit in *D.* *Minusque*. Cum itaque

Olimpia quinquē habuit filios, ex quibus Christopharus con-  
sequi non valuit integrum quartum, sed tantum 787.  
Ultra <sup>am</sup> quantitatem hanc non potest illius expedire.

10. Nec obstat, quod in presenti stante preobitu Christophari  
Secundi viri factus non fuerit locus dispositioni L. Hæc edita-  
tali ad tradita per Hodiern. Ibidem quest. 47. m. 2. quod quod  
proinde iuxta hunc euentum Lucrum regulari debeas, nullatenus  
muis attentis alijs prohibitis contingentijs, ex quibus præfata lex  
integri Lucri consequutionem impediret. Responsio enim satis clare  
11. aresultat, ex mutua respectuitate, quæ inter coniuges debet  
intercedere, et quæ non seruata, maximum alicui inferret præju-  
diciam; Non igitur curandum, quod præcedenter Christopharus  
12. obierit, cum uis stet in eo, quod si superuixeret, ei uelita esset  
fortius quartæ acquisitionis, quod e contra perminum dicit non ualeat  
uolenti contra conspectuorum naturam, ut in feminis hinc firm-  
mant Decisiones Causæ altera nempe R. D. Caprar. 16. Junij 1698.  
S. Ex hac, et altera eorundem R. D. de la Tremoille 14. Junij 1699.  
S. Planis.

13. Minus quæ releuat, quod dispositio L. Hæc edita-  
tali fuerit  
inducta fauore filiorum primi Matrimonij, contra quos in præ-  
senti ætorqueretur. Sum quia Lucrum, de quo nunc agitur  
14. ad filios non pertinet, cum illud tam quodam usufructum, quam  
quodam proprietatem Olimpia debeatur iuxta Statutum Urbis lib. 1.  
cap. 31. Sum etiam quatenus in hoc casu, filij præiudicati censeri  
deberent, hoc compensatum remanet, ex eo, quod si Quartum Chris-  
tropharus superlucrasus fuisset, illud integrum non deberet.

15. Cæterum frustra itidem æpeti uidebatur præiudicia  
tio dictæ L. Hæc edita-  
tali a filijs emissa. Quoniam ea, ut potest  
expressam æquirens mentionem satis non aresultat ex sola subseri-  
ptione Capitulum Matrimonialium, ut probat Hodierna Ibidem  
6. Statuti pars recipit Declarationem à altera.
7. Statutum Urbis d. cap. 152. ut non extendatur ad  
Forenses non est necesse quod loquatur de Ciuibus, et  
Incolis cum dictione taxatiua.
8. Declarantur contrarij, auctoritates.
9. Tutius est causas decidere ex nudo facto.
10. Statutum Urbis d. cap. 152. non procedit in Filijis fami-  
liar, qui publice negotiantur, et pro Patribus fami-  
liar habentur.
11. Ista autem probatio non iustificatur ex sola asseritione  
etiam iurata filij, familias, sed opus est, quod Creditor  
probet se ex alia causa inductu fuisse ad id credendum.
12. Credulitas ista, ex quibus desumatur.
13. Ad d. credulitatem desumendam omnes circumstantie  
simul iungendz sunt.

14. Cessante Suspensione, quod Creditor induxerit Filius familias ad iurandum, incumbit eidem filio familias probare, quod reuera ad iuramentum fuerit inductus.
15. Leges favorabiles Filiis familias non fuerunt in-  
dusae, ut ipsi valeant Contrahentes decipere.
16. Filius familias non debet sub patrocinio proprii  
doli Lucrum in alterius damnum negotiare.
17. Credulitas creditoris, quod debitor non esset filius familias excluditur ex renunciatione facta ab eodem  
Debitore L. 1. et 2. C. quod cum eo.
18. Sinita quando renuntiatio legitur facta ad cautela
19. Quae ad maiorem cautelam adiecta sunt non mo-  
cent.
20. Quae antecedentem confessionem non innovant.
21. Statutum Urbis d. cap. 152. non praedicit cessante in-  
terere, aut praedicio Patris.
22. Defectus Subscriptionis Notarii, in Instrum. non im-  
portat illius nullitatem.
23. Alligatio Instrumenti ordine postea facta in  
Protocollo illius fidem non minuit, quia potuit evenire  
ex oblivione Notarii.
24. Annotatio pretij, agitur in Libro receptorum non est de  
Substantia instrum., sed solum inuenta pro interesse bur-  
sali notaria.
25. Suspectio falsitatis eliditur ex nota legalitate. No-  
tarii, qui Instrum. rogavit.

## Decisio CCLXXXII.

Tretus Statuta Urbis sanctione irritante  
Sub cap. 152. Lib. I. omnes contractus absque consensu  
Patris per filios familias initos, sacagebat Eod. Anno.

nus

nius Franciscus Rosinus ostendere nullitatem eamby;  
per ipsum fauore Antonij Moretini in Urbe contracti;  
posteaque cesti ad commodum Saluatoris Manganeli;  
atque hoc modo executione mandati pro illius forte, et fru-  
ctibus ab H. relaxati euadere. Sed recognoscitur Patris  
inapplicabilitate ad presim eiusdem Statuti, tum ex ipsius Lite-  
ra, tum etiam ex circumstantijs in facto concurrentibus  
respondum fuit, Mandatum H. esse exequendum.

Littera siquidem Statuti presefero illius Sanctione  
non generaliter, et indistincte quoscumque filios familia in  
Urbe contrahentes complecti, sed ad Romanos Ciues, et Incolas  
aethicam, ac limitatam esse, unde sub illa comprehendendi ne-  
quaquam potest Antonius Franciscus, qui est si. De tempo-  
re contracti Cambij reperiret sub patria potestate, erat tunc  
L. 1. men. Patria Maceratensis, cum Statuentes hoc modo suis  
Ciuiibus, non autem Extraneis prospicere uoluerint, ut notat  
Fenron. ad memoratum Statut. d. cap. 152. n. 10., et  
indiuidualiter firmatis hoc. coram Nicol. Oderij. 102.  
n. 3., quam in his terminis nouissime allegauit Modern.  
Aseulanus in eius obseruat. ad d. Statut. annot. 48. art.  
L. n. 20.

Qui refragatur, quod d. Statutum indubitanter Per-  
sonas filiorum familias non simpliciter, et absolute sed  
cum modificatione, ni scilicet adhibitus fuerit consensus  
Patris, aut accepta pecunia in rem paternam uersa exi-  
terit, quod quidem cum uideatur respicere Solemnitatem  
actus operetur exinde quod Statutum comprehendere ualeat  
etiam Forenses ad Theoric. Bartol. in L. eunorj. Lo-  
pulos n. 24. C. de Summ. Priuileg. et Fid. Catholic. qua.  
Sequuntur Socin. cons. 97. col. 1. uol. 1. Cancr. var. resol.  
Lib. p. cap. 10. n. 21. Card. de Luc. de donat. d. 38. n. 11.

vers. et licet late Bot. Decis. 103. in n<sup>o</sup>. 19. usque ad fin. par. 2.  
 Divers. et in recens. par. 1. Decis. 153. n<sup>o</sup>. 5. Quoniam quidquid  
 fit ante illius Dispositionis respectu actus solemnitate, cum  
 paternus consensus fit per Statutum utilibus non ad inte-  
 grandas personas filiorum familias, nec ad auctorandum eorum  
 contractus, sed solum ob incertum et praedictum, quod Pa-  
 tri evenire possit, ut tradunt Boet. Disput. iur. Select.  
 cap. 136. n<sup>o</sup>. 24. et 36. B. P. D. Zaul. ad Statut. Florent.  
 Lib. 4. rubric. 69. n<sup>o</sup>. 29. Card. de Luca de alienat. et con-  
 tract. prohibis. disc. 32. n<sup>o</sup>. 26. et firmavit Boet. post  
 Zacc. de oblig. Cameral. Decis. 37. a n<sup>o</sup>. 4. usque ad 15. et in  
 Romana Censu 24. Januarij, 1606. §. non obstat coram  
 clar. me. Card. Maldeio per Late discusso articulo in Rom.  
 Censu 13. Junij, 1698. §. non relevante, et seqq. coram  
 B. P. D. meo Priolo ponderabant Domini obiectum  
 procedere posse si versaremur in Statuto generaliter lo-  
 quente de filiis familias absque ulla restrictione, tunc  
 enim si illius Dispositionis respectu forma contractus du-  
 bium esse non posset, quia sub illa etiam Exteri in loco  
 Statuti contrahentes comprehenderentur, ut signanter  
 contingit in cap. 151. eiusdem Statuti Urbis, quod cum genera-  
 liter prescribat certas solemnitates in contractibus Minor-  
 rum, et Mulierum, afficit etiam forenses, qui in urbe con-  
 trahunt, ut notant Fenon. in d. cap. 151. n<sup>o</sup>. 8. Bot. cor-  
 iam Caputaque Decis. 195. par. 3. coram Cavalor. Decis.  
 227. n<sup>o</sup>. 4. coram Emerice iun. Decis. 101. n<sup>o</sup>. 4. et in recens.  
 part. 5. Decis. 355. n<sup>o</sup>. 25.

Non autem sibi Locum vindicare posse in semi-  
 nis cap. 152. De quo res est, Cum namque inibi Statuen-  
 tes de Civibus, et Incolis restrictione loquuti fuerint,  
 utique ubi etiam consensus Patris dici posse requiritus ad

p. 2.

- prescribendam formam contractui, hoc tamen operaretur, quod forma praedicta servanda esset à civibus, et Incolis, id quod Statutum restrictivè se extendit, non autem, quod illud ad Exteros, et forenses ampliarè possit, id clarè apparet ex inspectis alijs similibus Ordinationibus factis in cap. 42. 144. et 180. Lib. I. eiusdem Statuti, quae tanquam ad civis Incolas, et Districtuales respectivè restrictae ad Exteras Personas non extenduntur, ut in terminis cap. 42. firmant Mart. uol. 68. n. 18. Bot. coram Bich. Decis. 229. n. 6. in terminis cap. 144. eadem Bot. in recent. part. 18. Decis. 182. n. 5. et seq. et Decis. 229. n. 4. et in terminis cap. 180. Millin. Decis. 161. n. 1. Bich. D. Decis. 229. n. 6. et seq. cum regularè sit, quod una pars statuti valet ab alia interpretatione, ac Declaratione accipere
5. ad monitum Dec. cons. 11. n. 2. vers. p. quia. Et dicitur cons. 12. n. 16. et seq. uol. 1. Socin. iur. cons. 461. n. 4. uol. 4. Mans. consult. 4. n. 14. Bot. Decis. 644. n. 8. par. 18. nec quidquam non relevante, quod restrictio cuiusmodi nullam clausulam taxativam in se contineat, quoniam Statutum in hac parte etiam sine taxativa excludit ab eius comprehensioe contractus gestos à Forensibus, ut admittit Bot. in Decis. 161. coram Millin. et positivè firmavit in Decis. 229. n. 7. et seq. coram Bich. ubi declarata Decisio 201. post Cenc. de Cens., quae in oppositum allegabatur.
- Et hinc nullatenus ad intentum relinere uiso
8. sunt nonnullae auctoritates per Antonium Franciscum adductae, Nam Fenon. ad m. Statutum expressè inquit Statuentes noluerunt advenas, seu forenses comprehendere, ut in d. cap. 182. sub n. 10, et quamvis sequenti n. 11. subiungat, quod alioquin forenses tenerentur servare foederitates à Statuto praescriptas in loco ubi contractus inchoant, id tamen ostendere voluit quaedam alia Statuta

ordinationes, in quibus Statuente generaliter loquuti fuerunt, non autem restrictivè ad cives, et Incolas, ut patet ex illius Lectura, Cardo de Luc. de alien. et contract. prohib. disc. 37. sub n. 12. Loquitur in terminis Civis Romani, qui continuo in Urbe degerebat, unde bene respondet, quod ille teneret. Dispositionem Statuti servare, cum Canejais figuram per ipsum gestam in Comitatu S. Florentis, propter quam dicebatur illum à Statuto exemptum remanere, nequiret operari quod in Urbe, ubi Civis privatus figuram gerebat deberet agitari, tanquam forensis, ut advertit Decisio edita in eadem causa, quæ est l. 30. par. 16. recent. sub n. 31. Cetero vero post Ferron. Decis. 140. non debet, non bene allegabatur pro contraria opinione, quoniam ibi de extensione Statuti etiam ad forenses, nec verbum habetur, neque ex eo, quod Cetero nullitate contractus inibi à filio familiae extero declinavit, et facta ob concursum presentis Patris, ac pecuniæ, acceptæ, in rem paternam dicendum est, quod tacite inclinaverit pro Florentiam comprehensione, ex quo alias in oppositum fuisse ad facti Circumstantias concludere, si sub illo filio familiae exterus non fuisset comprehensus, quia novum non est, quod Tribunal nostrum in causis decidendis, ubi prout sic occurrunt plures insimul quæstiones, molens aliquid firmare in illis, quæ iuris articulos respiciunt, unice sistat in alijs, quæ oriuntur ex nudo facto, quod tanquam tutius semper ubi fieri possit servandum esse movet Cardo de Luc. de Implyr. disc. 2. n. 3. et advertit ipsa Cetero in Veneta, seu Anconitana Pecunia: art. 16. Junij 1700. in princ. coram B. P. D. meo Andaldo.

Sam vero patefacta eiusdem Statuti inapplicabilitate, et ipsius Litteræ non minus clarè emicet illius Dispositione

inadapta.



inadaptabilem esse ex alijs facti circumstantijs. Dicitur enim  
 Antonius Franciscus in instrumento mandati procura. facti  
 in personam Antonij Oliverij ad contradendum cambium,  
 de quo agitur, medio juramento professatus esse, jam diu  
 esse sui iuris, et seorsim vivere a Patre, publicèque nego-  
 10. gotiari uti Patre familias, et pro tali ab omnibus haberi,  
et reputari. In tali autem circumstantia locum amplius  
 non habet statutaria dispositio, sed obligatio filij fa-  
 milias subvenitur, cum statuentes literaliter exceperint  
 illos, qui publicè negotiantur, et pro Patribus familias  
 habentur, ut notans Gratian. Discept. forens. cap.  
 667. n. 2, et seqq. B.P.D. Zaul. ad Statut. Favent.  
 d. rubric. 69. n. 18, et seq. Boswin recent. part. 8. decis.  
 104. n. 2, et decis. III. n. 1, et seqq., et coram Biel.  
 decis. 568. n. 3, et coram Emerix ian. decis. 827. n. 2.  
 et 3.

11. Et quamvis ad hunc effectum probatis, quod fi-  
 lius familias viveret seorsim a Patre, publicè nego-  
 tiaretur, et haberetur pro Patre familias iuxta commu-  
 niorem opinionem, eandem dicatur sufficienter justificata  
 ex sola assertionione quamvis iurata eiusdem filij fami-  
 lias, ex quo presumi possit ipsum eadem facilitate qua  
 inductus fuit ad contradendum, fuisse etiam inductum  
 ad id iurandum, sed ulterius requiratur, quod creditor, qui  
 iuramentum talis iuratae assertionis contraxit, ex aliqua iusta  
 causa inductus fuerit ad id credendum iuxta textum in l. 1.  
 ibi = eiusque affirmationi credidisse se iuxta rationem  
 edocere potes. C. ad Senat. Cons. Macedonian. Gomez.  
 var. resol. tom. 2. cap. 6. n. 2. Lmis. 4. Mantica.  
 de facit. lib. 8. tit. 7. n. 20. Paschal. de patr. potest.  
 par. 1. cap. 6. n. 5. vers. nec creditur Card. de Luc.  
 de alienat. et contract. prohib. d. disc. 37. n. 17, et  
 seqq. B.P.D. Zaul. ad Statut. Favent. d. rubr.

69. n. 18. et Seq. Mament. Decis. 171. n. 2. et Seq.  
 Cota coram Peuting. Decis. 40. n. 2. et Seqq. coram  
 San. mo. Alex. 8. Decis. 16. n. 6. coram Dunozet. iun.  
 Decis. 764. n. 3. coram Emeria Jun. d. Decis. 837.  
 n. 4. et in rec. par. 8. Decis. 104. n. 13.

12. Nihilominus in facto quamplura alia nec desunt,  
 que credulitatem Eudi in Moretino creditore aperte con-  
 vincunt. Item tunc temporis Joannes Felix  
 Pater Cota debitoris seorsim a filio vivebat, dum  
 ad Ecclesiam tanquam obergerus confugerat, Sum. Man-  
ganelli n. 4. d. cursu ipsemet debitor a pluribus men-  
sibus ante contractum cambium in state admodum provec-  
ta una cum uxore in Urbe moram traherebat, ibique  
etiam contractus cum simili jurata assertione inie-  
rat d. Sum. n. 5. et libere, ac iure proprio admi-  
nistrabat effectus Primogenituræ, suorum Maiorum,  
 obtente ad ipsum libere spectabant d. Sum. n. 6;  
 ex quibus amplius omnibus Moretinum labare iustam  
 causam credendi jurate assertioni filij familias Latæ  
 firmat Cota coram Peuting. d. Dec. 40. n. 4. et plurib.  
 Seqq. et coram Bied. Dec. 568. n. 4. et Seq. Ad hunc  
 13. enim effectum omnes circumstantie simul iungendæ  
 sunt, que valeant iustam hanc credulitatem concludere  
 ac, ut in his ternis advertit Card. de Luc. de alien. et  
 contri prohib. d. disc. 37. n. 27. vers. ut enim patet.

14. Præterquam quod cum in omnem casum ex Circumstantiis  
 prædictis ceteræ ex parte Creditoris suspicis, quod in fav.  
 Odem Statuti induxerit filium ad taliter jurandum, atque  
 e converso oritur præsumptio, quod potius filius fa-  
 milias e dolo asseruerit ad illum decipiendum, fit  
 inde, quod Cota negat se tueri exceptionem dispositionis  
 Statutariæ, nisi probet viciniam unam cum Patre, et ubi  
 Patre m.

- Patrem familias sub patria potestate, dictamq; iurata asser-  
 sione non dolo proprio, sed deceptione Creditoris, qui  
 ipsam induxerit ad ita asserendum emissionem ad sex. in l. 3.  
 ibiq; gloss. verb. per Tertium, et Bartol. n. 2. in 2. lect.  
 C. de min. se maior. dia. Cyriac. cap. 387. n. 23, et segg.  
 R.P.D. Paul. d. rubric. 69. n. 27. Cor. d. decis. 104.  
 n. 11, et d. decis. 111. n. 15, et segg. par. 8. rec.  
 et in Romana Societatis officij, 12. Maij 1683. §.  
 Non obstat coram bon. me. Albergato. Cum enim Liges  
 15. favorabiles filijs familiae voluerint quidem occurrere  
 fraudibus, quibus ipse circumueniri posset, non autem  
 illis assistere, ut Creditores bona fide cum ipso Contra-  
 hentes valeant decipere, firmatis per Cor. in Sabi-  
 nen. Donationis 2. Junij 1692. §. fin. coram bo.  
 me. Benincasa, in Albanen. Donationis 15. Febr. 1700.  
 §. fin. et in Romana iudic. nullitatis contractus 18. Junij  
 eiusdem anni §. Ceterum coram R.P.D. meo Scotto, non  
 16. debet hoc interim ipse sub patrocinio propriij doli Laceru  
 in alterius damnum reportare, ex deductis q; Cyriac.  
 contr. 387. n. 15, et segg. R.P.D. Paul. ad Status.  
 Traven. d. rubr. 69. n. 26. Cor. d. decis. 104. n. 10, et  
 segg. et d. decis. 111. n. 6, et segg. par. 8. recens.
- Oblique eo quod probatio exclusiva istius credu-  
 17. litatis elici valeat ex eo, quod Rosinus in d. mandato  
 procurator renunciauerit l. 1. et 2. ff. et C. quod cum eo,  
 alijque Legibus, et Statutis quomodolibet ad favorem filio-  
 rum familiae introductis, prout aliam firmavit Cor.  
 post Paul. de oblig. Camer. decis. 184. n. 7, et segg.,  
 et coram S. me. Alex. 8. decis. 16. n. 9, et segg., Quo-  
 18. riam renuntiatio cuiusmodi legitur expressa facta ad  
 maiorem cautelam, unde nequit excludere iustam ore-  
 dulitatem, quam habuit Moretinus nedum ex d. iurata  
 asseritione debitoris, verum etiam ex quo illud viderat  
 a Patre seorsim vivere, ac publice alios actus gerere,

- qui ad Patrem familias iuste referri poterant, ut in puncto tradunt Coec. dicitur. iur. Select. cap. 136. n. 26. in fine
19. Bot. coram Bichio Decis. 568. n. 10, et segg. regulare enim est, quod ea, quae ad maiorem cautelam adiecta sunt, non nocent L. Testamentum l. de Testam. Gabriel. cons. 71. n. 3. Lib. 2. Bota coram Caaaler. Decis. 221. Sub n. 1, et precedentem a persione, seu confessione non innovant Bot. in Annonen. Legati A. Julij 1696. S. non relevante, et in Spo. Letana Census super fructibus 15. Maji 1699. S. fin. coram Me.

- Oblii uero circumstantia ostendens praeter inadaptabilem eiusdem Statuti dispositionem a resultat ex praecitata libera administratione bonorum primogeniturae, quam Botinus in vim Sententiae B.P.D. Capraris obtinuerat ob caducitatem incursum a Joanne Felici eius Patre S. Summaris n. 3. Cum namque respectu eorundem bonorum nullus eidem Patri debitus esset usus fructus, sed Liberi ex integro ad filium spectaret, poterat idem filius quoad dicta bona et sine illius consensu autem, ualideque contrahere, quia cum ex superioribus firmatis dictus consensus requiratur, non ad integrandam filij personam, sed tantummodo ad reparandum Patri praerudicium, tenent exinde eodem praerudicium ob defectum competentis usus fructus in di. bonis, cessare etiam debet requisitum d. Consensus ad illius reparandam in Statuto praescriptum ad tradita per Paschal de patr. potest. par. 1. cap. 6. n. 106. et segg. Card. de Luc. de alien. et contract. quolib. in Supplem. disc. 63. Sub n. 8. Bota in Romana Census 23. Junij 1696. S. multominus coram el. meo Card. Matheo, et in Romana Saluiani 4. Julij 1696. S. praeterea coram B.P.D. meo Muro

Neque immorandum Domini reputarant Superioribus quae cum labantur ad redarguendum dictum Procura mandatum tanquam de falsitate suspectum; Nam quod illud non reperitur subscriptum ab Aetuaris, minusque a

- à Substituto, qui cogitum explevit contra formam Con-  
 stitutionis San. me. Pauli V. reformativa Tribunalium  
 Lium sub tit. de Notarijs Tribunalium Urbis S. gugli-  
 bet instrumenta, valet quidem operari, ut procedi possit  
 22. a duersus Notarium non adimplentem prescripta in Constit. <sup>no</sup>  
 non autem importat nullitatem instrumenti in prædictionem  
 Tertij, ad firmata per Bot. coram Piosl Decis. 403.  
 no. 10., et in rec. par. 2. Decis. 157. no. 3., et par. 19. Decis.  
 411. no. 9., et seq. quod uero alligatum fuerit in fine Pro-  
 23. docolli, quando illud alligari debebat iuxta ordinem  
 temporis, nec in aliquo illius fidem diminuit, cum potuer-  
 rit ex obliuione, aut negligentia Notarij, non prius pro-  
 docolliari, Nota coram Buratt. die. 10. no. 7. coram  
 Vbald. Decis. 24. no. 15. coram Bivido Decis. 243. no. 7.  
 et in rec. par. 19. Decis. 16. no. 4., et Decis. 202. no. 2.  
 24. quodque demum solutio ppetij illius rogatus non fuerit  
 adnotata in Libro receptorum, veritate, ac Legalitati  
 instrumenti nec detrahit, cum dicta adnotatio non sit  
 de illius substantia, sed fiat dumtaxat pro interesse  
 bursali notariorum Farinace. in prax. quest. 156. no. 82.  
 Post. resol. 47. no. 37. Nota coram Buratt. Decis.  
 25. 20. no. 11. urgente presentim contra Ecce omnia Legalitatis  
 te, ac fide Notarij in Urbe nota, que ualde confert ad  
 elidendam falsitatis suspicionem, ut in Obsculana Be-  
 neficij, s. Marij, 1700. S. Verum Domini coram B. B.  
 meo Mato.

Et ita utraque

Romana Caducitatis

Jan. 23. Januarij 1707.

Argumentum

Caducitas à possessione omnium bonorum Primog.

in casu alienationis ordinata non incurritur ex obli-  
gatione, seu distractione simplicis commoditatis fru-  
ctuum, quamvis per Testatorem, datum fuerit sub-  
stitutus, nisi de illa facta extiterit expressa men-  
tio; neque ad commodum creditoris dici valet Super  
Primogenituræ redditibus constitutus formalis usus  
fructus, qui a quolibet vero alienationi, quando eo  
facti circumstantiis concludi nequit tributam fuisse  
sibi facultatem percipiendi fructus jure proprio, et  
ad rem ipsam directo.

## Summarium

1. Prohibitis quamvis effrenatissima alienationis non comprehendit commoditatem percipiendi fructus, nisi de illa habita fuerit expressa mentio.
2. Caducitas sine speciali contraventionem non datur.
3. Non intrat ob delegationem nominis Conductoris domus non obstantes precepto de non alienando.
4. Constitutio formalis usus fructus Super rebus fideicommissariis facta ad commodum Creditoris dicitur vera alienatio ledens voluntatem Testatoris.
5. Intellige quando jure proprio, et ad rem ipsam directo fructus per Creditorem percipiuntur.
6. Verba obligavit, et hypothecavit de sui natura im- portant simplicem hypothecam oppignorationem.
7. Formalis usus fructus non tribuit simplicem hypo- thecam Super fructibus sed facultatem illos perci- piendi jure proprio.
8. Verba assignavit, et assignat referuntur ad eandem simplicem hypothecam.
9. Usus fructus formalis tanquam quid universale non constituitur ex sola parte.
10. Nec habet locum quando creditor exigere debet tanquam Prox, et Exactor debitoris.

11. Bene tamen iuratur quando Fundi cura Creditori commissa fuit.  
Et quando dicivaleat ad hunc effectum commissa n<sup>o</sup>. 12.
13. Observantia subsecuta declarat Contradentes non habere in animo constituendi formalem usum fructus.
14. Articulus, an, et quando ioret formalis usus fructus, subtilis appellatur
15. Ad evitandam caducitatem sola dubietas sufficit
16. Immo, et quolibet minus iusta causa
17. Substitutio per Testatorem ordinata in casu alienationis cum facultate capiendi possessionem propria auctoritate, operatur, quod sub prohibitione alienationis comprehendatur etiam simplex commoditas fructuum  
Contrarium, quod vocatio Substitutoꝝ importet magis enixam voluntatem disponentis, non autem extendat prohibitionem ad casum non expressum commoditatis fructuum n<sup>o</sup>. 18.
19. Declarantur contraria auctoritates
20. Omnia iura, quae competant cedenti competere etiam debent illius cessionario.

### Decisio CCLXXXIII.

§ Suspicans, et quidem cum ratione, Antonius Franciscus Botianus exceptionem cap. 152. Statuti Urbis Lib. p<sup>o</sup>. Sibi parum profuturam esse ad convincendam esse nullitatem cambij. De quo latè in Romana Cambij, hodie pariter coram Me proposita, et pro illius validitate resoluta, aliam cautelam intentavit, cum qua proprii debiti satisfactione indirectè eludere posset; Curavit namque, quod Caietanus eius filius aduè in minoriestate existens promoveret contra ipsum iudicium caducitatis à possessione omnium bonorum Primogenituræ à suis Maioribus fauore suorum Descendentium in

in perpetuum ordinata, eo sub fundamento, quod Condicio-  
 rum precepto cuiuscumque alienationis prohibitio contra-  
 venerit in assignando Simoni Moretino eiusdem Cambij,  
 creditori pro solutione illius foris, et fructuum pensio-  
 nes quarundam Domorum Urbis, que remanent eiusdem  
 Primogenitura vinculo adstricta, et de facto dum Salvator  
 Manganellus eiusdem Moretini cessionarius agebat com-  
 M. pro consignatione dictarum pensionum, iam pridem sub  
 sequestro potitarum, comparuit in eodem Tribunali  
 idem Caietanus, et opponens Patris conventiones ne-  
 dam obtinuit Sententiam declaratoriam re tracta caducitatis,  
 Sed etiam in illius sequelam memoratas domorum pensio-  
 nes sibi ipsi consignari; At devoluta ad Me in grada  
 appellationis causa, excitus pari felicitate nullatenus sol-  
 titus est, quoniam requisiti Domini, An constaret de ca-  
 ducitate, et cui deberentur pensiones Domorum, responsu  
 prodijt, non constare de caducitate, et pensiones Salvatori  
 debitas esse.

Quamvis enim Primogenitura Condicioes disprofue-  
 rent, quod Hæredes gravati excepta causa dicitur dumtaxat  
 exat (Sunt præcisa eorum verba) non possint ex quavis  
 alia causa quantumvis iuridica etiam sic non expressa  
 inter vivos, vel in ultima voluntate, tacite, vel expresse,  
 verbo aut facto dicta bona stabilia diminueri, donare,  
 vendere, obligare, censuare, ad longum tempus locare, aut  
 alio quovis titulo, et causa etiam onerosa in alios quoscum-  
 que extraneos, et transfere in toto, vel in parte aliqua  
 alienationis etiam vocabulo Latissime Sumptis, quodque  
 si contrafactum fuerit, et alio facientes cadant eo ipso,  
 et cædendo intelligantur à dictis bonis donatis, et omni-  
 illorum commodo, Locum Successori proximiori ex Vocatis  
 relinquentes, ita ut liceat Donatario immediato sequenti

post



post Contrauenientem, seu Contrauenientes, perinde ac si  
 isti mortui forent, uindicare, et accipere ea ut donata sua  
 et de factis omnia bona donata, ac tamen per simpli-  
 tem, et nudam assignationem pensionum factam a Fran-  
 Antonio pro maiori cautela solutionis fructuum, ac  
 restitutionis sortis dicti cambij, nullatenus die  
 potest eundem cecidisse in commissum, ita ut sit locus suc-  
 cessione alterius Substituti, quia cum in iure sit firma  
 et absoluta conclusio, quod facultas obligandi commodi-  
 tatem percipiendi fructus nunquam comprehenditur sub  
 quacumque licet effignatissima prohibitione alienationis,  
 quotiescumque de ipsa commoditate habitata non fuerit  
 expressa mentio, ut relatis antiquioribus firmant Mo-  
 Lin. de primog. Lib. 1. cap. 20. n. 11, et seqq. Husar. de  
 Subst. quæst. 527. n. 5. Valenzuel. cons. 56. à n. 1. usque  
 ad 13. Merlin. de pignor. Lib. 2. quæst. 8. n. 62, et seqq.  
 Salgad. in Labijr. credit. par. 3. cap. 3. n. 47, et seqq. et  
 cap. 15. n. 9, et seqq. Censal. Dec. Lucem. 16. n. 32, et  
 seqq. Bot. coram Merlin. decis. 21. à n. 6. usque ad fin.  
 coram Zagat. decis. 59. n. 11, et seqq. coram Cerr. decis.  
 92. à n. 9. usque ad 16, et decis. 174. n. 5, et seqq. coram  
 Emerico iun. decis. 893. n. 1, et decis. 1179. n. 13, et in  
 Firmana Manuentionis s. xbris. mox. s. nec dicatur  
 coram B. P. D. med. Priolo, et in ternis Emphyteusis Exer-  
 ditaria cum simili prohibitione latei, ac discussis artic-  
 culo in Romana Horti 4. February 1699. s. quæ sanè  
 omnia coram B. P. D. med. Pio, et in Romana Saluiani  
 13. Cunij 1698. s. profecti et seqq. et 16. February 1699.  
 s. de quædem cum seqq. coram B. P. D. Andalo.

Hinc proinde cum in dispositione præd. minimè con-  
 currat specialis ista prohibitio, sequitur Antonium Fran-  
 assignando memoratas pensiones neatiquam contrauenisse Condi-  
 ditorum intentioni, minusque per consequens caducitatem

2. incurritur, cum illa sine speciali contrauentione non dicitur ad usum per Baro. cons. 237. n. 16. in fin. vers. Super. quarto, et seqq. Lib. 2. Mentel. cons. 618. n. 3. vers. non etiam Cyriac. controu. 289. n. 16. Nota coram Boyas Decis. 382. n. 7. et in rec. Decis. 489. n. 6. par. 4. et Decis. 158. n. 2. par. 13. et post Balduec. ad Camon. Decis. 10. n. 17. et in d. Firmana. Manatentionis s. xbrü juxta. S. Non relevante coram B. P. D. mes Priob, et in fortioribus terminis, quod ob delegationem nominis Conduco: ris Domus Fideicommissarij, non obstantes precepto de non alienando, non intret caducitas, punctualis est rego. in L. Codicillis S. Instituto ff. de Legat. 2. ubi etiam Bald. n. 1. et Castrens. n. 2.
3. Reges a sumptibus destrui uidebatur ab obiceo, quod Etia yard. Anconis Franciscas assignando controuer. suspensionis constituerit Creditori usum fructum formalem sup. domibus Primogenitura obnoxij, qui ad differentiam ual. tenus casus, in quo Status grauatius se obligauit actione personali ad dandos fructus, dicitur uera alienatio Ladens intentione, ad uoluntatem Debitoris iuxta famigeratam Baroli distinctione in d. L. Codicillis S. Instituto n. 4. ff. de Legat. 2. quam sequuntur et Andr. de Isern. in cap. imperialem n. 3. de probat. feud. alien. Molin. de primog. Lib. 1. cap. 20. n. 11. et seqq. et lib. 4. cap. 11. n. 11. et seqq. Laguerz de fruct. par. 2. cap. 4. n. 116. et seqq. Cancer. uar. resol. Lib. 1. cap. 14. n. 34. Boe. dis. pur. jur. select. cap. 60. n. 29. et seqq. Anima uerobano
4. Siquidem Domini usum fructum formalem non semper dici in re constitutum per assignationem fructuum etiam si isti immediati et propria facultate per assignationem percipiuntur, sed tunc demum cum jure proprio, et ad rem ipsam directo ydem fructus percepti fuerint, ut bene explicans Alberic. in rubric. ff. de usufruct. n. 6. Bald. in autd. Eo casu porrectum n. 2. C. de sacros.

Coley.

Decles. Joseph. Cos. consult. 18. n. 19. Laguer. de usufr. par. 2. cap. 6. n. 33. et seq.

6. Cum itaque Boninus pro faciliore consecutione tam sororis, quam fructuum dicti Cambij ad favorem Simonis, creditoris obligaverit, et hypothecaverit pensiones dictarum Domorum importentibus decurrendas, eidemque illas ad hunc effectum assignaverit, ex utraque datur intelligi, quod ipse non tribuerit creditori facultatem percipiendi dictas pensiones jure proprio, sed iure, et nomine sui ipsius, quodque consequenter nec voluerit formalem usumfructus constituere, ut bene conijcitur, nedum ex verbis, obligavit, et hypothecavit in instrumen-  
 7. to contentis, quae cum de sui natura importent simplicem hypothecationem, manifestè indicant eius ususfructus nullatenus fuisse translatum, nam illius concessio non simplicem hypothecam super fructibus sed facultatem secumfero illos percipiendi jure proprio tradunt. Jo. Baynaud. in d. cap. imperialem d. Rabito n. 34. de prodib. feud. alien. de Marin. resol. lib. 2. cap. 81. n. 5. Latè Cos. d. consult. 18. n. 20. et seq. Vocce. disp. jur. d. cap. 60. n. 32. quorum et ex alijs verbis assignavit, et assignat, quae referunt ad eandem.  
 8. Simplicem hypothecam absque eo, quod aliquid plus tribuant ad firmam per Cot. coram Merlin Decis. 386. n. 38. vers. quod autem ad Consortium, et in acc. par. 7. de. 261. n. 16.

Unde ipsum comprobatur ex eo, quod assignatio pensionum facta fuit cum onere, quod pro intranti quantitate fructuum decurrendorum super cambio posset creditor proportionabilem illarum ratam excomputare, ac si diu muerit deponere, deberet in Sacro Monte Pietatis ad creditum ipsius Bonini assignantis; Hoc vero enim circumstantia excluditur eius formalis ususfructus ex duplici ratione; Altera nempe quia creditori certa dumtaxat pensionum rata assignata fuit, cum tamen ususfructus tanquam quid univiale non constituaetur ex sola parte iusto Sect. in L. defuncto 65. de usufr. Bartol. in L. fundi Prebatian. 38.

Sub n<sup>o</sup>. p<sup>o</sup>. vers. n<sup>o</sup>. casu ff. eod. Quin. cons. 4. n<sup>o</sup>. 15. Lib. 3.

Menoch. de pres. Lib. 2. pres. 136. n<sup>o</sup>. 5. Boi. d<sup>o</sup>. consult. 18.

Sub n<sup>o</sup>. 19. Botar. coram. Acedill. de Trans. Decis. 3. de aenune.

Altero uero quia dum depositum aedui pensionu' fieri debebat  
in faciem Botini, signum euidentis est, quod illarum perceptio fieri;

10. non quod per Morettinum iure proprio, in quo et Superius  
ponderatis consistit uis usufructus formalis, sed iure et  
uice eiusdem Botini, et tanquam illius procuratorem, et  
exactorem, quod ad dicti usufructus exclusionem ponderans  
Medor. alleg. 3. n<sup>o</sup>. 6. et seq. Franc. Bocc. resp. Legal.  
100. n<sup>o</sup>. 22. Lib. 1.

22. Nec uisum est in facto subistere, quod Debit-  
or avaricentia, et curam Domorum commiserit eidem  
creditori, quam stare laud posse sine iure usufructu iure  
aerarienda ceteris adductis probat Poss. decis. Bonon.  
2. n<sup>o</sup>. 24. et seq. Quia eidem Moretino concessa solum  
42. fuit facultas appropriandi sibi seducta pensionum catam,  
detractis tamen prius necessarijs avaricentis, et cano-  
nibus decurrendis, si ergo antequam ipse manus appo-  
neret super fructibus, seu pensionibus erant prius detra-  
hendi sumptus necessarij, pro d<sup>o</sup>. avaricentis, et dubitatum  
est, quod domorum cura nullatenus ipsi commissa fuit, nec  
cedente praesertim in istius omnium comprobationem, quod  
tam Morettinus originarius creditor, quam Manganelly  
illius cesionario, nequam nunquam iudictarum domorum  
curam susceperunt, sed quod magis est nec dictas pensiones  
perceperunt, sed in illarum exactione continuauit Botinus  
debitor mediante persona Oliuery, eius Proxi, solumque  
ab isto traditum eidem fuit tenuis Summa  $\text{£}$  60, pro qua  
quietantiam in computum cambiorum exposuerunt. Haec  
enim obseruancia aduulsa ex facto subsecato uel de-  
23. clarat Contradensy nunquam habuere in animo consti-  
tuendi formalem usufructum super ipso bono, ex his, quae  
notant Borden. collect. Legal. 19. n<sup>o</sup>. 54. et seq. Lib. 1.

Boi.

B.P.D. meus Annal. de commerc. et mercat. disc. 92. n.  
 16. et disc. 92. n. 11. Bot. coram Emerice. iun. Decis. 87. n.  
 5. Decis. 111. n. 8. Decis. 661. n. 4. et Decis. 1193. n. 9.

24. Vel saltem operatur, quod in hoc articulo, quem ualde  
 subtilem appellat Laguna de Fruct. par. 2. cap. 5. sub  
 n. 2. presupposita contraventione remaneat admodum dubi-  
 ta, et dubia, ita ut locum sibi nullatenus vindicare valeat  
 15. intentata caducitas, ad quam evitandam nedum sola caduci-  
 dubietas, quemadmodum firmat Bot. coram San. me. Alexan:  
 16. 8. Decis. 110. n. 22. et coram Priol. Decis. 187. n. 3. et  
 segg. Sed quaevis etiam minus iusta causa sufficiens est ad  
 sept. in L. Igitur §. potest ff. de Liber. caus. Mendel.  
 cons. 460. n. 4. Nota Lucen. post Balducc. ad Ramon. Decis.  
 35. n. 27. et segg. Nota coram Cerr. Decis. 112. n. 25. et coram  
 Priol. d. d. 187. n. 2. et in Romana, seu Portuensi Senatay  
 super fructibus 10. Januarij, 1698. §. Quoniam coram Me,  
 et in Hortana Sylvarum 10. Martij, eiusdem anni §. opor-  
 talatur coram B.P.D. meo Muso.

27. Posito autem, quod Contractus, ut potest per Cosinu  
 inicus super Simplicem fructuum, commoditate non inducat con-  
 traventionem, in nihilum refragatur, quod Primogenitay Condi-  
 ctores in casu alienationis dederint substitutum cum facul-  
 tate capiendi possessionem propria auctoritate, ex qua preven-  
 tiva, ac particulari prouisione contendebant scribentes pro  
 Caesano sub prohibitione alienationis ad effectum caducitatis  
 et comprehendit etiam Simplicem commoditatem fructuum ex  
 traditis per Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 12. n. 56. et  
 lib. 4. cap. 21. n. 16. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2.  
 n. 103. et segg. Bot. Decis. 118. n. 3. et segg. par. 15. nec.  
 et in decisionibus editis super primogenitura domus Arangi-  
 pano, nempe Dec. 702. coram Emerice iun., Romana, seu  
 Albanen. castri Memorio 14. Maij 1688. §. Veniam coram  
 clar. meo: Card. Caccia, et in Romana Pecuniaria 17. Maij  
 1692. §. praeterquam quod coram Beu. P. meo Pecano. Quonia

18. vocatio aliorum Substitutorum apta sit arguere magis enixam voluntatem disponentis, non tamen extendit casum caducitatis ultra terminos, in quibus iuncta fuit prohibitio, ita ut cum ista ex praeductis complectatur dumtaxat alienationem, et obligationem bonorum, non valeat simpliciter facultatem exigendi fructus comprehendere ex punctualiter firmatis  
 ff. Bos. in Romana Saluciana. Junij 1694. coram. bon. me. Emerit. in inter illius impressas Decis. 1179. n. 13.

19. Hæc contrarium a sumptum firmant aut locitates in obiecto allegata; Quid non nulle, loquuntur in terminis Heredis gravati, quia testator in casu delicti per eoram ante privatus fuit commodo fideicommissi, indeque optime dicunt, quod h. dictus spes delictum committit eandem etiam à commodo percipiendi fructus, et in hac sede ponendi. Sunt Molin. de primog. et Peregrin. de jar. fisc. in Decis. Superius citatis. Alii procedunt in terminis fideicommissi. Jam devoluti ad Substitutum, quo in casu indubitatum est, quod Hypotheca etiam super simplici commoditate fructuum constituta in eius præiudicium Substineri non potest, ut est Decis. 18. par. 13. rec. et in hoc Sente similiter loquuntur dictæ decisiones editæ super primogenitura Domus Frangipane, ubi substitutus ob plures alienationes bonorum per effectivas illorum distractionem in expectatos jam fuerat ad successione admissus, et quamvis in decisione coram clar. me. Card. Caccia inter alias alienationes fuerit etiam calculata distractio duarum partium Castro Memoris ad vitam Heredis gravati, hæc tamen facta abundè addita ad ostendendum pravam animam eiusdem Heredis evertendi totum fideicommissum, non autem quia ex precedentibus alienationibus bonorum in proprietate non fuisset perquam caducitas in eura.

Et hinc iuxta 2. dubij partem censuerunt Domini pensiones domorum consignandæ esse Salvatori, cum etenim iuxta Legem instrumenti ille debuisse consignari

ri Moverino originario creditori in computum fuerunt lam-  
 by, palam fit illas nunc debitas the eidem Saluatori  
 in illius juribus subingressis ex familiari regula in terminis  
 20. cessionis, quod omnia jura, quae competunt cedenti, compe-  
 tere etiam debent illi, Commissionario Surd. cons. 22. n. 16,  
 et Segg. et cons. 82. n. 13. et decis. 308. n. 1. Bota decis.  
 187. n. 10. et Segg. post Zaech. de oblig. Camer.

Et ita utraque §.

§ Polerana Fideicommissi

Ven. 27. Januarij, 1702.

Argumentum

Alienatio rei fideicommissariae sustinetur si  
 facta est pro extinguendo aere alieno Testatoris, uel ex  
 causa detractionum, etiam sine Principis licentia. An  
 autem, quando, et ex quibus alienationibus censi  
 ualeant dictae detractiones consumptae, late agitur in  
 hac decisione, in qua etiam distinguuntur casus, in qui-  
 bus Fideicommissario incumbat notius affirmativa,  
 quam Heredi grauato negatiua illarum consumptio-  
 nis iustificare.

§ Summarium

1. Res fideicommissaria alienari potest pro soluendis  
 debitis fideicommissentis.

Etiam si creditores non urgerentur  
 et sine ulla Principis licentia n. 20.

3. Item pro detractionibus heredi grauato competentibus

4. In presentionij fauor n̄ edum heredi grauato, sed etiam  
cui libet et illius singulari successori.
5. Dicitio in circā operatur quod quantitas verificetur  
etiam in sexto parte minus.
6. Fideicommissarius petere non valet, nisi id quod cadit  
sub fideicommissio excepto legitima alijsque detractioni-  
bus.
7. Ad tuendam propriam possessionem sufficit allegare nul-  
lumius heredi competere.
8. Detractiones non fuisse consumptas probari debet ab h̄-  
ede quā ad alienationes sunt plures, et in magna quan-  
titate.
- Contrarium, quod Fideicommissarius probare debeat  
illarum consumptionem quando alienationes sunt modice,  
n̄. 9.
10. Alienatio facta in causam necessariam regulariter non  
imputatur in detractiones.
11. Societas officij acquisita ex pecunijs fideicom<sup>is</sup> ex iuris  
ministerio cedit ad commodum fideicom<sup>is</sup>.
12. Bona censi debent libera quando ex res grauatus illa  
uti alia alienauit.
13. Inuentarium probat bona spectare ad hereditatem, de  
qua ipsum Inuentarium conficitur.
14. Fideicommissarius allegans consumptionem detractionum  
debet concludenter probare bona alienata ad fideicom<sup>is</sup>  
pertinere.
15. Prior alienatio debet in detractiones imputari.
16. Filius non tenetur legitimam ex computare cum mo-  
bilibus, alijsque effectibus eius perituris.
- Minusque cum fructibus hereditatis fideicom<sup>is</sup> n̄. 21.
17. Nemo honeste conditionis censetur mori absque con-  
decenti suppellectili.
18. Mobilia quoties non sint solidioris materij, presumuntur  
per lapsum 80. annor. consumpta.



19. Derogatio fideicommissi non concludit consumptionem  
 & detractionem, quia Contractantes etiam illis non con-  
 sumptis non fuerunt bono fideicommissaria empturi.
22. Praeceptum Testatoris satisfaciendi eius debita cum  
 fructibus hereditatis, non operatur, quod Agnes ne-  
 queat eius debita detrahere, nisi probetur illos fuisse  
 sufficientes deductis alimentis pro filiis, et uxore  
 eiusdem Testatoris.
23. Censeatur adiectum in gratiam, et commodum hereditatis  
 dati.
24. Ideoque reputari debet conforme iuris dispositioni, iux-  
 taquam Agnes non prohibetur suum creditum detrahere.
25. Breve derogatorium fideicommissi ad cautelam obtentum  
 non vitiat actum si fuerit minus legitime executum.
26. Clausula ae omni meliori modo densus actum fuisse  
 gestum eo meliori modo quo firmitus de jure sustineri  
 potest.

## Decisio CCLXXIV.

In Testamento et Codicillis, cum quibus decessit  
 Alexander Scellius, instituitis tribus eius Filiis masculis  
 in Legitima, heredeque equali scripsit Olindam uxorem, et Mar-  
 gloriam filiam cum prohibitione alienandi stabilia pro per-  
 quam in causam solutionis dotis eiusdem Olindae in Summa  
 2000, ac cum declaratione, quod eius debita satisficerent  
 ex fructibus hereditatis ab hereditibus in posterum a detrahendis,  
 postquam illarum obitum subitituit memoratos tres filios mascu-  
 los, eisque sine prole decedentibus uocauit Rubilium ger-  
 manum fratrem, eiusque filios, et successiuè demum Legauit  
 Laurentio altero ex dictis eius Filiis unam Fornacem in Villa S<sup>ti</sup>

Britij, cum domibus, et terris contiguis Summaris illorum de Be-  
medicis n. 2. et 3.

Pro defunctis Francisco, et Angelo Testatoris filijs, cum  
 a bin testato ex post obierint etiam prænata Olinda, et Margari-  
 ta, Laurentius earum respectivè filius, et frater, ad ius illarum  
 hereditatem, honorumque fideicommissi ad eius favorem unice ju-  
 rificati possessione obtinuit. Urgentibus autem creditoribus  
 Testatoris paternis volensque Laurentius proprio indemnitati  
 consulere, decernavit vendere Michaeli, et alijs de Cionis,  
 Casale, et Domos cum Terris contiguis positas in d. Ferritoris S.  
 Britij uocabulo Li Pantani, et pro effectu istius Determinatio-  
 nis transulit de anno 1636. in eodem Cionis possessionem for-  
 matis cum domibus sibi à Testatore Legatis, et in d. Casali com-  
 prehen sis, cum promissione deueniendi ad illarum integram res-  
 tauracionem postquam pro maiori Emptorum cautela superuenis-  
 set Indultum Summi Pontificis de bonis fideicommissarijs  
 disponendi, quo paulo post superuento processum fuit de  
 anno 1633. ad actualem venditionem pro pretio in totum  
 cu. 2034. d. Summaris n. 4. et 6.

Quia uero in eodem Indulto apposita fuit conditio,  
 quod dictum pretium pro intranti quantitate erogaretur  
 in dimissionem dictorum creditorum, Aliusque actus  
 deberet ad commodam fideicommissi reinuestiri, Linellu-  
 filius Scellius iunior descendens ab altero Butilio, cum  
 pretendere per obitum d. Laurentij sine Prole fi-  
 deicommissum fuisse ad sui favorem purificatum, ob  
 non factum dictum Reinvestimentum iudicium inoti-  
 fuit coram H. Sive Iudice ab eo Deputato Super Im-  
 missionem ad dictam integram Casale modo possessum per  
 Fratres de Benedictis ad effectum se satisfaciendi tri-  
 esse quatuor partibus residualis pretij reinuestiendi, et fa-  
 uorabilem sententiam obtinuit, Sed causa in gradu appellat<sup>one</sup>  
 d

ad Botam delata, Domini in sensum contrarium a bierunt,  
nam propositio per me dubio = Ani sit danda Immissio, ne-  
gatiue responsum fuit.

- Difficultas non uertebatur super existensia fidei-  
deicommissi, illiusque purgatione fauore Accoris, mi-  
nusque super dicitur Casalis identitate, cum hoc omnia ab  
Informantibus pro Benedictis ultro admitterentur, sed ratio  
resolutionis unice desumpta fuit ex dimissione aditionis  
Agredisatis fideicommissis facta ab eodem Laurentio  
Georum actore, atque ex pluribus detractionibus  
tam quotidianis tum etiam quantitatibus eidem compe-  
tentibus, e quarum omnium titulo sic ut ualuit  
idem Laurentius in fideicommissi prauidicia rotundi:  
1. cum Casale dirrallere ut in terminis solationis debitorum  
fideicommissis Usar. de Subsist. quæst. 542. n. 11.  
Bot. coram Danozet. Jun. Decis. 550. n. 10, et coram  
Imenix Jun. Decis. 823. n. 3, et seqq. ubi etiam f. credito-  
res non uertissent, et in Hortana Prædij 3. Junij, prog.  
2. s. firmata coram B.P.P. meo Pio, et in casu detractionum  
3. Heredi grauato competentium est. Post in L. Marcellus  
s. res que ff. ad Trebellian. Peregrin. de fideicommiss. ar. 8.  
59. sub n. 5. Bota coram Bidio Decis. 62. n. 3; et  
seqq., et coram Bidio Decis. 62. n. 3; et seqq., et coram  
Imenix Jun. Decis. 190. n. 1. et in Spoletana Bonor-  
rum 4. Julij 1698. s. rursus coram Meo, ita ad illud  
tandem auctore, et certe alienatum immissio non debet  
fideicommissariis decerni, sed illis de Benedictis conce-  
4. denda est retentio, cum istius jus nedum faueat ipsi  
Heredi grauato, sed cuilibet etiam illius singulari succes-  
sori ad Dext. in l. Heredem qui 18. ibique Barroth.  
circa med. vers. respondeo ff. qui potior. in pign. lab. su-  
douic. Decis. Perus. 209. n. 2. par. 2. Bota coram Mantie.

deciis. 69. sub n<sup>o</sup>. 3. uers. diuersam est autem, et coram Peuting.  
ger. deciis. 335. n<sup>o</sup>. 2, et coram Cels. deciis. 240. n<sup>o</sup>. 2.

Quod autem Laurentius dimiserit Creditores Lyce-  
ditatis Fidei committentis patebat tum ex Solutione <sup>cu</sup> 100.  
per ipsum expleto pro exstinguendis duobus censibus aliis  
per ipsum Fidei committentem accollatis; tum etiam ex  
medietas census <sup>cu</sup> 100. per eundem impotiti favore Troai;  
ac per ipsum Laurentium extingui, atque ex bonificatione  
aliorum <sup>cu</sup> 200. facta eidem Cionij Imperatoribus Casalis  
pro altero censu ab ipso Debatore debito cuiusdam Romae, de  
Blancis, et per ipsos acquinto. Quod uero competere de-  
tractiones resultabat p<sup>mo</sup>. ex legato Fornacis cum Domi-  
bus annexis facto eidem Laurentio, quo appretiatas in  
quantitate <sup>cu</sup> 500. venditas fuit insimul cum toto, et in-  
tegro casali; Quin obstare ualere oppositis, quod pretium d.  
Fornacis detrahendum esset ex quantitate <sup>cu</sup> 2234; pro  
qua controuersam Casale distractum fuit, ex quo illa  
fuisse iam precedenter alienata; Quoniam in instrum-  
ento alienationis eiusdem Fornacis sequente de an-  
no 1630. expressum conuentum fuit uendere, et respectu  
emeretotum Casale statim obtenta Licentia Summi Ponti-  
ficis conuento prebii florentinum 13. pro quolibet stadio, et cu  
pacto signante, quod dicta Fornax cum domibus calca-  
landu esset ad mensuram Terreni d. Summario n<sup>o</sup>. 4.  
et in executionem predictae conuentionis cum de anno 1633.  
Licentia predicta fuisse superuentam confectam fuit in-  
strumentum alienationis totius Casalis comprehensa  
Fornace pro d. prebii <sup>cu</sup> 2234. d. Summario n<sup>o</sup>. 6.  
unde non sine veritatis praedicti contendendi ualeat il-  
lam fuisse separatim distractam, dum ex ipso Instrumen-  
to venditionis eadem constat tam Fornacem, quam alia  
Bona in dicto Casali comprehensa fuisse insimul in  
san.

tantum corpore alienato.

Neque sane veritatem perturbat ponderatio, quod lauc  
centius Summo Pontifici exposuerit. Casale esse valoris  
ca. 2500. quod cum attulerit nulla facta mentione Fornacis  
eis arguebatur totam quantitatem ca. 2504. ad pretium for-  
lius di. Casalis referendam esse. Quia cum dicta expositio  
facta fuerit post alienationem dictae Fornacis, in qua  
Casalis venditis etiam cum illius comprehensione conuenta  
extiterat, bene datur intelligi Laurentium uel Lucium sub  
enunciato valore ca. 2500. utramque bonorum speciem  
comprehendere, et consequenter quantitatem ca. 2534. quae  
post factam mensurationem subinde retracta fuit tam  
ad Fornacem, quam ad aliam bonam referendam esse, quamuis  
non ascendat ad quantitatem ca. 2500. quia ex non fuit des-  
terminata per Laurentium expressa. Sed cum dictione in circa,  
quae illam verificat etiam in septima parte minas ad firma-  
ta per Bot. in decis. 2. m. 10. par. 17. recent. 26. in Sugubi-  
na Dotis 21. Februarij 1695. S. Non item in fine coram Me.

Secundo sese offert dos Linda Matris, qua  
in Summa ca. 1000. posse Liberum detrahi jam Debitor dispo-  
suit. Et tertio demum Cuiusdam sit dos Trebellianica,  
quam Scribentes pro Actore opponebant fuisse prohibita,  
accedit legitima debita filijs eiusdem Fideicommissaris,  
quae tanquam consistens in triente totius Expediatas una  
simul cum alijs Detractionibus Longè absorbet pretium Casa-  
lis, de quo agitur. Absque eo quod contendere posset di-  
ctam Legitimam ex integro non spectare ad Laurentium  
sed Simultaneè ad ceteros iustus fratres, nempe Angelum  
et Franciscum. Quia cum isti praecesserint eidem Lauren-  
tino, ut praesupponi debet ex quo ipse solus post mortem  
Margariae agnovit fideicommissum, ad quod omnes fra-  
tres reperiebantur vocati, illa utique ex integro in ipsius  
personam censeri debet consolidata, quod de cetero cum Fi-

